2 works in 1 vol.
First work c. 1530
Second work 1533
Some staining in second
work & 2 medallion
portraits defaced.

SKP

RSA

1. Andrea Domenico Fiorzo [pseud. [illegible]
Edition unclear. [illegible] ed. [illegible] 15[illegible]
II Henricus Sellarius [illegible] [[illegible]] [155[illegible]]

NS 0403707 5 copies.

L. FE-NESTELLAE, DE MAGI-stratibus, Sacerdotijsq; Romanorũ libellus, iamprimum nitori restitutus.

POMPONII LAETI ITI-dem de Magistratibus & Sacer-dotijs, & præterea de di-uersis legibus Rom.

ITEM VALERII PROBI Grammatici de literis antiquis opusculum.

Epitome chronicorum &c.

TYPOGRAPHVS LECTORI SALVTEM.

NActi nuper Fenestellæ cuiusdam collectanea, libellum sanè utilem, sed mire corruptū, hunc nos, quo studiosis commendabiliorem redderemus, ex autoribus illis, è quibus ille sua mutuauit, multis in locis restituimus. Porrò quis hic Fenestella fuerit, nō satis habemus compertū, apparet certe illū non esse historicum, cuius subinde Plinius, atq; alij pleriq; testimonio utuntur, quando ipse cum Plinium & alios etiā posteriores citat, tum Episcoporum atq; Archiepiscoporum mentionem faciat alicubi. Vnde haud obscurum est, recentiorem hunc esse Fenestellam. Adpreßimus huic Pomponij quoq; libellum, atq; Valerij Probi, propterea quòd conuenire non male uidebantur, atq; studiosi hoc spectare soleant, ut libros eiusdem argumenti libenter coniunctos emant. Bene Vale.

L. FENESTELLAE DE SACERDOTIIS ROMANOVM LIBELLVS PRIOR.

DE PANOS SACRIS atq; Sacerdotibus. Cap. I.

OMNIVM DEOrum, quos uetus Romanorum religio excoluit, prima Pani Lycæo, ſeu Faunũ illum, ſeu potius Syluanũ uocari placet, p Lupercos rẽ diuinã, Lupercaleſq; ludos fecisse apud uetuſtatis aſſertores conſtat. Ea quidẽ ſacrorũ genera ab Euandro rege, qui ex Arcadia profugus, in eum locũ uenerat, qui tandẽ Romanæ præfuit arci, ad noſtros primũ delata, ac celebrata fuiſſe feruntur. Hũc Pana nudos paſtores quorũ tunc præcipuũ numen fuit, ac deinde quos ſummos etiã uiros uenerari mos fuit, loraq; pro manibus ferre, quibus quoſq; cæderent, laruiſq; tectas facies portare. Cur aũt nudi hũc deũ colerent, pleraq; è curriculo uetuſtatis ad nos uſq; delapſa referuntur. Siue enĩ quod ipſi deo, qui nudus fingitur, ſuæ celeritati eo pacto longe aptior, nudos etiã habere miniſtros pla-

Lycæus

Faunus

Luperci

Euander

Pana quare nudi coluerint.

cæat, siue quod Arcades omnium populorum, qui Græ ciam coluerunt, longe uetustißimi, feris adhuc similem uitã syluis ac montibus agentes, legis expertes, artisq;, primo hunc deum uenerati patrium cultum, auitosq; nudos habitus signantes referre uoluerunt, haud satis constat. Nonnulli uero Iolen uxorem Herculis ab hoc Fauno uisam, ac per ardorem libidinis concupitã asserunt. Forte enim per syluas & amœna nemorum, æstus leuandi causa una cum dilectißima coniuge Her cules uagabatur. Videt ergo elegantißima forma mulierem ab altæ rupis specula senex deus, ergo illorum
† Aliâs: ilicet. uestigia eminus, † licet obseruare instituit. Illi aũt per syluas ducendæ nocti aptißimũ locum petunt. Interea mulier dum quiescendi tempus aduenit, pellem leonis Herculis ritu de more aptat humeris, claua etiã in illius manu assumpta. Tali habitu præditam somnus aggre ditur, erant autẽ duo parati coniugibus lecti, eo quod postridie libero patri rem diuinam facturi erant, seor sum cubituris. Noctu ergo Syluanus fallendi custodis occasionem nactus clam thalamũ ingreditur, primoq; congressu fortunatus futurus puellæ torũ tenet, manuq; tentãs, ut noctu fit, horridum leonis tegmẽ inuenit. Ratus ergo cubare ibi Herculẽ, ad aliud cubile ire pergit, quod cũ sensisset mollibus stratũ, puerilibusq; delitijs aptius, stragula ueste sensim amota, dũ libidine ar dẽs manu palpat Herculẽ, ac uix dũ hirti corporis hor rorem hauserat, experrectus Hercules manu reiectũ

toto

toto antro fusum iaculat, quo pro strepitu somno puella discussa lumina accendit. Lumine ergo Syluano prodito, lusus ac semiruptus uix attollẽs humo humeros, in syluas detrusus, ea ergo ratione perpetuo execratis uestibus quibus tã turpiter lusus esset, easdẽ suis à sacris procul abfore constituit. Pleriq; tamen huiusce rei causam aßignant Romulo, quod eadẽ sacra celebrante, medioq́; solis ardore corpus exercente, cum nunciatũ fuisset latrones prædas agere, ita ut erat nudus accurrerit, comprehensisq́; prædatoribus pecora abacta redemerit. Eius facinoris, quod nudus gesserat perpetuum argumentum, corporum sacra celebrantium nuditatẽ esse placuit. Vtcunq; sese res habuerit, †in ipsa tantum usq; C. Iulij huiuscemodi obseruationem peruenisse constat. Ea enim sacra cũ sedẽs Cæsar dictator spectaret, atq; inter eos qui solennia celebrarent, curreret, M. Antonium, is qui postea triumuir fuit, aiunt Laureã coronam, cui diadema annexũ esset, capiti Cæsaris imponere conatũ fuisse, quod cũ Cæsar * amoto capite reiecisset, statuæ ipsius cunctis frementibus imposuisse. De nomine uero Lupercaliũ, nõ etiam satis conuenit. Plerisq; enim inditũ hoc nomẽ, quod huius inuocatione lupi à stabulis arcerentur, uisum est. Alij templũ ipsum in quo hic deus colitur, Luperal uocãt, quo arca Vergi. Et gelida, inquit, monstrat sub rupe Luperal, eiq; loco à lupa Romuli nutrice, quod eo in loco Romulũ & Remũ paruulos educare reperta sit,

† in tempora usq;.

* moto.

Lupercales unde.

Luperal.

factũ nomẽ Lupercalis putant. Nec desunt, qui à Lycæo Arcadiæ monte, ubi præcipue ea religio peruiguit, eũ enĩ quẽ nos lupũ, illi λύκον uocãt, ipsum cognominatũ esse arbitrentur. Præcipuã uero huic deo, dicatisq; sacerdotibus uenerationẽ ea ex parte tributam ferunt, quod quæ mulieres ex suis uiris uel concipere, uel conceptos fœtus edere nequirẽt, ad Lupercos confugiebant. Quæ ubi loris ex tergore hirci sectis cæsæ fuissent, è uestigio grauidæ aut effœtæ efficiebantur. Hæc solennia quintodecimo Calend. Februarias celebrari, ut Ouidius in Fastorũ libris refert, moris fuit. Fast. 2.

DE POTITIIS ET PINARIIS Herculis sacerdotibus. Cap. II.

EAdẽ tempestate, Euandro scilicet palatiũ tenente, Herculẽ, Geryone interempto, per eadẽ loca mira specie boũ armenta abegisse commemorãt. Ac cũ prope Tyberim fluuiũ, quia præ sese armentũ ferens transiecisset, ubi loco herbido reficeret boues, ipseq; in itinere defessus procubuisset, & eundẽ uino ciboq; grauatũ sopor oppreßisset, Cacus pastor loci accola uiribus ferox, captus pulchritudine boum, prædã auertere instituit, ac ne si prædã agendo in speluncam compulisset, uestigia ipsa eo quærentẽ dominũ ducerẽt aduersos eximiũ quemq; pulchritudine in speluncam traxit. Hercules uero ad primam auroram somno excitus, cum gregem perlustrasset oculis, partemq; numero abesse sentiret, perrexit ad proximam speluncam, si

cam, si forte eo uestigia ferrent, quæ ubi omnia forsa uersa uidet, nec in partem aliam ferre, confusus, atq; incertus animi ex infenso loco agere porro armentum cœpit. Inde cum actæ boues forte, ut fit, ad desiderium relictarum mugissent, reddita inclusarum ex spelunca boum uox Herculem conuertit. Quem cum uadentem ad speluncam Cacus ui prohibere conatus esset, ictus claua, fidē pastorū nequicq̄ inuocans morte occubuit. Euander qui tunc temporis ex ea Peloponneso profugus, autoritate magis q̄ imperio regebat loca, uenerabilis uir miraculo literarum rei nouæ inter rudes artium homines, uenerabilior diuinitate matris Carmentæ, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentū miratæ gentes fuerant, concursu pastorum trepidantium circa aduenam manifestæ cædis reū excitus, postquàm facinus, facinorisq; causam audiuit, habitum, formamq; uiri aliquanto ampliorē augustioremq; q̄ humanā intuēs, rogitat qui uir esset. Vbi nomē patremq; ac patriam audiuit. Ioue nate Hercules, salue, inquit, te mihi mater ueridica interpres deū aucturū cœleste numē cecinit, tibiq; aram hic dicatā iri, quā opulentissimā olim in terris gens maxima uocet, tuoq; ritu colat. Dextra Hercules data, accipere se omen, impleturū se fata, ara condita ac dicata ait. Ibi tamen primū boue eximia capta de grege sacrum Potitijs ac Pinarijs, quæ tum familiæ maxime inclytæ ea tenebant loca, dedit. Factum forte ita euenit ut Potitij, ut ait Liuius, ad

Caci cædes

Euander

Carmenta

Liui. lib. I. ab

urb. ad uerbū tempus præsto essent, hisq; exta apponerentur, Pinarij extis adesis ad cæteram uenirent dapem. Inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis eo solennium die uescerentur. Potitij ab Euandro edocti antistites per multas ætates huius sacris præfuerunt, donec tradito seruis publicis solenni familiæ ministerio, Potitiorum ac Pinariorum omne genus perijt. Id enim Appius Claudius, cum esset censor, effe-

Ap. Claudius cit hisce familijs infensus, ob idq; ira deorum (ut creditur) luminibus orbatus est.

DE SACERDOTIO fratrū Arualiū. Cap. III.

FRatres Aruales, ut fruges ferrent arua, ueteres consuluisse Romanos memoriæ traditū est. Huius uero religionis Romulum ipsum patrem urbis, autorē extitisse reperio. Nam cum Acca Laurentia nutrix Romuli corpore suo quæstum in uulgus faceret, eoq; pacto grandem pecuniam constipasset, ex duobusq; liberis quos susceperat, unū morte amisisset, Romulum in demortui locum adoptionis iure substituisset, decedens tamen populum Romanū instituit hæredē. Cuius tandē liberalitatis regiæq; affinitatis memor populus Ro. mulieris nomē in Fastis retulit, liberos fratres aruales à serendo, & ab aruis appellauit. Ex quo tempore sacerdotiū mansit fratrum arualium, hiq; duodecim numero dicuntur, eiq; sacerdotio insigne tribuit albas infulas, & spiceam coronam.

DE AVGVRIIS CAP. IIII.

EOdem ferè tempore, & disciplina, & religio augurandi ex Ethruscis, penes quos ea disciplina præcipua, ac longe peculiaris fuit, ad Romanos commigrauit. Virũ enim quempiam, cuius nomen uetustate obsoleuisse Naso poeta ait, asyli (ut reor) alliciente inductione, exulem Ethruria Romam uenisse perhibent. Cuius opera Romulũ Reinumq; usos, cum de imposito urbi nomine unà contenderent opinione deducor, quanq̃ M. Cicero in his libris quos inscripsit de diuinatione, etiam ipsum Romulum istam ipsam auguralem disciplinã † præcoluisse asserit. A Numa uero qui Romulo successit, perpetuũ sacerdotij insigne constitutũ est. De ritu uero inaugurandi si unũ in casum pleraq; dixero, eadem ad oẽs cæteros facile fieri poterunt. Ea quidem quantum ex ueterum monumentis collegi, huiuscemodi fuit obseruatio. Augur in arce siue in æditum quendam locum ad inaugurandũ ascendens debebat sedere super lapidem meridiem uersus, atque ad læuam sedens, baculum in manu recuruum, quod lituum uocant, tenet. Inde ubi prospectu in urbem agrumq; capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinat, dextras ad meridiem, læuas ad septentrionem partes esse dicit. Signũ quod cõtra oculi cõspectum longissime ferunt, animo diffinit. tum lituo in læuam translato dextera in caput eius, qui inauguratur posita, ita precatur. Iupiter pater si fas

Fast. 2.

Lib. 1.

† palluisse.

Inaugurandi ritus.

Lituum.

hunc Numã Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romæ esse, uti nobis signa certa ac clara sint inter eos fines quos feci, tũ pegit uerbis auspicia, quæ mitti uellet, quibus missis Numa de tẽplo ita enim designatas li tuo æthereas regiones uocãt) declaratus rex descẽdit. Quam quidẽ declarandi seu inaugurãdi regis formulam ad cætera quoq;, ut dixi, trahi facile licet. Huic disciplinæ, peritia Actij Nauij auguris permultũ fidei, autoritatisq; accessit. Nã cũ Priscus Tarquinius aliqua præter maiorũ instituta inaugurato mutare, pleraque etiã de nouo cõdere pgeret, negare Actius Nauius inclytus ea tẽpestate augur, ĩauspicato ea fieri oportere. Quare ira regi mota, ludẽs artẽ, ut ferũt, agedũ, ĩqt, diuina in augurio, fieri ne possit, quod ego nunc mente concipio. Cũ ille in augurio rẽ expertus fieri posse dixisset, atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem discissurũ. Cape ergo hoc, & perage, quod aues tuæ fieri posse portendũt. Tũ illũ incunctanter discidisse, conscripserunt, statuamq; Actij Nauij capite uelato, quo in loco res acta est in comitio, in ipsis gradibus ad læuam positã fuisse, coteq; eadẽ cum illa ipsa nouacula in manibus posita, ut eius rei etiam apud ueteres monumentũ existeret. Augurijs ergo, sacerdotioq; augurium, ut ait Liuius, etiãq; in libris de diuinatiõe Cicero, tantum autoritatis & uenerationis accessit, ut nihil domi, forisque postea, nisi auspicato gereretur. Et ad sapientiæ nobilitatisq; primarios quosque id sacerdotiũ

Ex Liuio ad uerbũ.

Actius Nauius.

cerdotium deferretur. Et cum Tyberius Grachus pater Tiberij, & C. Gracchorum comitia consularia habuißet, dicerentq; Ethruscá augures, rem in augurio experti, uitio consules creatos fuisse, Gracchusq;, ut ineptos, insanosq; Ethruscos incesseret, abiens in prouinciam senatui rescripsit, ueridicos, nõ autem insanos Ethruscos eße, qui consules præsentes uitio à se creatos dicerent. Nam cum se collegißet, meminisse se locum tabernaculo extra pomerium præter maiorum consuetudinem delegiße. Quamobrem abdicare se consulatu compulsi sunt, Vt autem ueneratio huic ordini authoritasque, ita et numerus ipse adeo creuit, ut collegium augurum coleretur. Nam cum ab initio tres tantum creari cœpissent, ex tribus scilicet tribubus Ramnensium, Tasientium, & Lucerum, & obtinuissent, cum mutaretur numerus, impari tantum numero creari, utcunque tamen id fieret, quatuor numero præter maiorũ consuetudinẽ creari cœpti sunt. Tandem cum plebs quorumlibet horum partẽ suam in senatu & in foro nacta eßet, per tribunos egit, ut ad sacerdotia quoque uelut ad cætera, cursus aperirentur. Idq; post multa certamina, uariasq; seditiones obtinuit, ut ad quatuor scilicet patritios, quinq; ex plebe adijcerentur. Factũq; hoc fuit M. Valerio, & Q. Apuleio consulibus. Augurũ collegio.

DE FLAMINE DIALI. Cap. V.

FLaminem Dialem primus Numa Pompilius Romæ rex creauit, cũ antea reges, pontificumq;

regumq;

regumq́; promiſcue munera obirent, ut de Priamo & Aenea apud Vergilium cernimus. Rex etiam Anius, ut idem poeta ait, Rex idē hominū Phœbiq́; ſacerdos fuit, Idq́; etiam à minoribus deinceps, ut à C. Cæſare, diuo Auguſto, multiſque deinceps principibus, quos pontificatus maximi titulis inſignitos uidemus, obſeruatum eſt. Cæterum Numa plures in urbe Romulo, quàm ſibi ſimiles reges fore ratus, qui relicta religionis cura, bellorum potius negotijs detinerentur, ſacerdotes quatuor quos appellauit Flamines, qui rei diuinæ iugiter addicti eſſent, multis deorum alligauit. Flaminē unum Ioui, quem dialem uocant, Marti duos, Quirino unum. Dictus autem flamen Dialis eſt, ut Varro ait, quod in Latio capite uelato erat, & caput filo Lanæ præcinctum habebat, à quo Flamē appellabatur. Dialis autem à Dioue, quod eſt iuuans Deus. Cæteri Flamines eius, cui præſident numini, decorãtur titulis. Hunc Dialem, præſertim inſigni ueſte, curuliq́; ſella adornauit. Hic ſolus, ut Varro ait, album habet galerum, uel ex eo quod maximus eſt, uel Ioui immolationem alba ueſte fieri oporteat, pleraque etiam huic pontificio iure tributa ſunt, ut A. Gellius in commentarijs noctium atticarum ſcriptum reliquit, Equo enim uehi flaminem eſt religio, Item iurare Dialem fas nūquam eſt. Ignem è flamma, niſi ubi ſacrum eſt, efferri ius non eſt. Vinctum ſi ædes eius introierit, ſolui neceſſarium eſt, & uincula per impluuium in tegulas ſubducū

Vir. locus Aeneid. 3.

Pontificis maximi titulus.

Flamen unde dictus.

Dialis.

luā, atq; inde foras mitti debent. Nodū in apice atq; in cinctu, neq; in alia parte ullum habet. Si quis ad uerberandum ducatur, si ad pedes eius supplex decubuerit eo die uerberari piaculum est. Capillū Dialis nisi qui liber est, non detonset. Capram & carnē incoctam & hederā & fabā, neq; tangere Diali mos est, neq; nominare. Propagines è uitibus altius prætentis non succidet. Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet, & in eo lecto cubare aliquem fas non est. Vngues Dialis & capillorum præsegmina subter arborem † siliciem terra operiuntur, neque ad eius lecti fulcrum capsam esse cum strue atque ferro fas est. Dialis quotidie festalis est, sine apice sub dio esse licitum non est, sub tecto utiliter etiam & à pontificibus cōstitutū. Farinā fermento imbutā attingere fas non est. Neque tunicā intimā nisi in locis tectis exuisse, ne sub cœlo tanquam sub oculis Iouis nudus sit. In conuiuio eius haud quisquā nisi rex sacrificulus accubabit. Matrimoniū Flaminis nisi morte dirimi non est fas. Locū ubi bustū fit, nunquā ingreditur. Hos Flamines cū ab initio consecrantur, captos duci à patribus, uelut ab hostibus mos fuit. Totidem uero Flaminibus, quot deos colerent usos ueteres, M. Varro in his libris quos inscripsit de origine linguæ Latinæ, testis est. ut Dialem, Martialē, Quirinalem, Vulcanalē, & Falacrum. Et præterea cōplures, qui, ut nostrum inter sacerdotiū gradus nonnihil interest, ut episcopum, archiepiscopū, cardinalē, patriarcham,

† alias silicā, uel siliciem.

archam,

archam, & metropolitanũ, ita apud illos Flaminium, protho flaminium, & archiflamineum differentiam fuiſſe idonei teſtes ſunt.

De Veſtallibus uirginibus Cap. VI.

VEſtalis originem cultus, quẽadmodũ pleraq; omnia, Numa Pompilius intulit, & ſi eius initia uſq; adeo uetera ſunt, ut ex Troianis ad Albanos Aenea duce longè commigrauerint, cuius rei meminit Virgilius his uerſibus:

Sic ait, & manibus uittas, Veſtamq; potentem.
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Vir. locus Aeneid. 2.

Deæ huic Veſtæ, quã terram eſſe, eandemq; deorũ matrẽ uolebant, perpetuo uigil ignis conſecrari ſolebat. Eius obſeruationi ac cultui pleræq; uirgines è primoribus patrũ electæ præſidẽ, quarũ negligẽtia, ſi forte ſanctus ignis reſtrinctus eſſet, flagris à Pont. maximo cædi iubebantur, ut à P. Licinio Craſſo pont. maximo in eam quæ negligentius ignẽ cuſtodierit, Valerius ſcriptum reliquit. Inceſti uero crimine damnatã, uiuam ſuffodi inſtitutũ eſt. Virginem Veſtalẽ, ut Labeo Antiſtius ſcripſit, minorem, q̃ ſex annis, maiorẽ q̃ annis decem natã negauerunt, capi fas eſſe. Itemq; non patrima ſit & matrima. Itẽq; & quæ lingua debili, ſenſuq; aurium diminuta eſſet, alia ne corporis labe inſignita ſit. Item cuius parentes alter amboue ſeruituti ſeruiuerint, aut in negocijs ſordidis uerſantur, eamue cuius ſoror ad id ſacerdotiũ lecta ſit, excuſationem mereri aiunt.

Val. Max. lib. 1. c. p.

aiunt. Item cuius pater Flamen uel augur, aut quĩ
decemuir sacris faciũdis, aut qui septemuir epulonum
ut alius est. Sponsæ quoq; pontificis, et regis sacro-
rum filiæ, uacatio à sacerdotio isto tribui solet. Neque † Salius.
eius legendã filiã, q domicilium in Italia non haberet,
constitutũ est, ut Capito Atteius scriptum reliquit, &
excusandã eius q liberos tres haberet. Itẽ edicto præ-
toris Virginẽ Vestalẽ, Dialẽmue nõ cogi, sæpe rescri-
ptum est. Verba prætoris hæc sunt uirginẽ Vestalẽ,
& Flaminem Dialẽ, ait præco, in omni mea iurisditio
ne iurare non cogam, De eligenda aũt uirgine Vesta
li hæc obseruata sunt. Lege Papia cautum est, ut arbi-
tratu pontificis maximi uiginti è populo uirgines le-
gerentur, sortitioq; ex hoc numero fieret in concione.
Cæterũ, inquit, ea lex uetustate ut pleræq; aliæ, exo-
leuit, satisq; ei lectioni fieri cœptum est, si quis honesto
loco natus pontificem maximũ adeat, offeratq; ei ad
sacerdotiũ filiam, cuius duntaxat saluis, obseruationi-
bus religionis ratio haberi possit, gratiã enim Papiæ
legis per senatũ fieri aiunt. Hanc uirginẽ à pontifice
maximo, uelut ab hostibus capi moris fuit. Verba aũt
quibus tunc pontifex utitur, hæc sunt. Sacerdotem Ve
stalem sacra facere quæ iußi, pro populo Ro. Quiri-
tibusq;, ut optima lege fuit, ita te Amata capio. Amatæ
enim nomine appellari omnes consueuerunt, quod ea
quæ prima capta est à Numa rege, fuisse hoc nomine
perhibebatur. Simul atque igitur capta, atq; in ea ar

æ Vest-

æ Vestæ deducta est, ilico sine emancipatione, ac capitis diminutione, exit patriam potestatem. & ius testamenti faciundi adipiscatur. In commentarijs autem Labeonis quos super duodecim tabulas composuit, ita scriptum repertum. Virgo Vestalis neq; hæres est cuiquam intestato, neq; intestatæ quisquã, sed bona eius tum redigi in publicum aiunt.

DE SALIIS MARTI dicatis. Caput VII.

INTER cæter*a* sacrorum genera instituta à Numa rege, à posteris etiam in honore habita, id quidem in minoribus fuit, qđ Marti Saliæt Gradiuo uouit. Duodecim enim ad hæc uiros legit, quos à solenni saltu, quo in sacris utebantur, Salios appellauit. His alios duodecim Tullius Hostilius mox adiecit,
Salij. cum Romanis in aciem contra Fidenates eductis, Albani à Romanis per speciem proditionis, duce Metio defecere. Datum aũt his supra tunicam insigne, æneũ
Ancylia. pectori tegmen, cælestiaq; arma, quæ uocantur ancylia portare, ac per urbem canentes carmina cũ tripudijs, solenniq; saltu incedere, institutumq; ut in finem
Mamurius. omnium carminum suorũ, Mamurium appellarent. Hunc Mamurium inclytum ea tempestate fabrũ fuisse, & cum ancylæ cælo lapsum esset, Numa Pompilio, Quiritibusq; rẽ diuinã agentibus, huic Mamurio negociũ datum esse, complura huius similia ancylia esse fingenda tradunt. Quod quidem opus, cum ille exquisitissima

ſitiſſima abſoluiſſet arte, optionem utrũ à ſe uellet po-ſtulari artifici Numam obtuliſſe, quod ex eo peteret: Nam exhibiturũ ſe id pollicebatur, artificẽ uero non pecuniam, ſed gloriam pro mercede petiſſe, qđ eius nomen à Salijs in finem quorũlibet carminum recitaretur, idq; per multa tpa in ſacris & comitijs (ut ait Liuius) obſeruatũ eſt. Eò aũt huius ordinis ſacerdotium numero creuiſſe, ut ad collegiũ, & collegij ſacerdotum magiſtratum redactum fuerit.

DE COLLEGIO PONTIFICVM & Pontifice maximo. Cap. VIII.

Pontifices, ut pleraq; alia ſacerdotia, ab ipſa Numa ortos, apud Liuiũ ſatis cõſtat, eoſdẽ diu prę terq̃ à patribus creari nõ licuit. Fuerũt aũt ab initio hi numero quatuor, poſtq̃ uero maximorũ quorumq; honorũ partẽ plebs tribunitijs rogatiõibus obtinuit, ad ſacerdotia quoq;, ſacroſanctaſq; poteſtates patere ſibi aditũ uoluit. Quatuor ergo alios creari ex plebe pontifices placuit, M. Valerio & Q. Apuleio conſulibus. Omnibus unus præfectus fuerat à Numa Pompilio, isq; Pontifex maximus appellabatur. Hic habet ex ſe ſacra oĩa excripta exignataq;, quibus hoſtijs, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fieri deberẽt, eiuſmodiq; diuinis in rebus, unde erogandæ pecuniæ ſumptus fieri debeat, curæ pontifici eſt, cæteraq; oĩa ſacra publica, priuataq; ſacris Pontificis ſubiecta ſunt. Cum uero de religione, deq; ſacris diſſentio eſt, popu-

ius illũ consulere pergit. Perutile illud fore ratus est Pompilius eius sacerdotij autor, ne ius diuinũ negligendo, patrios ritus peregrinisq; asciscendo, turbaretur, nec cœlestes modo cæremõias ducere, sed iusta quoq; funebria, placandosq; manes eiusdẽ Põtificis. Apud eũ quoq; tabela esse dicitur, in qua solis & lunæ defectus, quoties lumini caligo fit, & anni mensiũ fastorũq; ratio perspicitur. Pontifices, ut ait Varro, Q. Mutius Scæuola à posse & facere appellatos esse dicere solebat, sed ea denominatio à M. Varrone haud satis ꝓbari uidetur. Nã & à ponte, & à facio Pontifices appellatos putant, eo qđ ab his primũ pons Sublitius factus ac sæpe restitutus esse perhibeatur.

Pontifices unde appellati.

DE FOECIALI SACERDOTE. C. IX.

FOecialis sacerdotij nũq̃ apud Romanos uetustiorẽ usum fuisse, q̃ Tullio Hostilio Romæ regnãte reperi, quẽ tamẽ ut ab Hostilio creatũ nõ affirmauer, ita ne qdẽ negauerim à Numa Pom. oĩm religiosissimo rege creari potuisse. Vtcunq; id tandẽ fuerit, de nomine prius, q̃ de M. Valerio fœciali, regnãte Tullio Hostilio, apud Liuiũ mentio est. Fœcialis uero partes in eo uersabantur, ut fidei publicæ inter populos præesset, neq; iustũ aliquod bellũ fore censebatur, nisi id per fœcialem fuisset indictũ. Cũ uero pugnare desitũ est, fœdere fides pacis constituebatur, quæ fœdera aliunde fidera appellata ab Ennio, qđ fidei faciundæ causa † traducta sunt, M. Varro testis est, fœcialẽque ipsum

Fœcialis munus.

Fœdera unde appellata.

† Introducta aliàs.

ipsum à fide, & faciendo dictũ esse idẽ existimat. Forma uero feriendi per fœcialem fœderis huiusmodi est, qua nulla (ut Liuio placet) uetustior esse memoratur. Fœcialis, inquit, regẽ Tullũ ita rogauit. Iubes ne me rex cũ patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege, sagmina inquit te rex posco. Rex ait, Purã tollito, fœcialis ex arce graminis herbam purã attulit, postea regẽ interrogauit. Rex, facis ne tu me regiũ nũ cũ po. Ro. Quiritiũ? Rex respõdit, quod sine fraude mea Po. R. Quiritiumue fiat, facio. Fit ergo tunc fœdus, multisq; id uerbis peragit. Legibus inde recitatis, audi, inqt, Iuppiter, audi pater patrate po. Albani, audi popule Albane audi, ut illa palã prima postremáue ex illis tabulis ceráue recitata sunt sine dolo malo utiq; ea hodie rectißime intellecta sunt, hic illis legib. po. R. prior nõ deficiet, si prior defecerit publico cõsilio, dolo malo, tu illo die Iuppiter ita po. Ro. ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantoq; magis ferito, quanto magis potes pollesq;. Vbi id dixit, porcum saxo silice percußit. Eodem modo pars altera per suum sacerdotem, suumq; dictatorem peragit. Cum autem bellum per fœciales indicunt, hoc more utuntur. Fœcialis hastam ferratam, præustam, aut sagmineam ad fines eorum, quibus bellum indicit, defert, nec minus puberibus tribus præsentibus adijat, quod populi priscorum Latinorum, hominesue prisci Latini aduersus populum Ro. Quiritium fecerunt, deliquerũt, qd' po.

Feriendi fœderis ritus.

Belli dicendi mos.

Ro. bellum cum Latinis priscis fieret. Ob eam rẽ ego po. q;. R. populo priscorum Latinorum, hominibusq; Latinis bellum indico, facioq;. Vbi dixit hastam in fines eorũ emittit, ex quo bellum iustum intelligitur.

DE SACERDOTIO PATRIS patrati. Cap. X.

PAtris patrati sacerdotium, etsi apud Liuium à feciali haud differre uidetur, aliquanto etiã lõge abfuiße apparet, tamẽ quod & nomẽ istius, illi usq; atq; officiũ nõnihil interesse uideatur, utiq; & de utroq; seorsum dicere uisum est. Vt cunq; esset, his descriptis nõ certe † officiat immoueri, sed partes plures duntaxat adscripserim. Patris patrati usus eodẽ tempore, quo foecialis apud Ro. pdit, nã & inde feriendis à foeciali foederibus, Patris patrati opera autoritasq; exigebat. Ad patrandũ enim, id est, sanciendũ iuramentũ, ubi de foederibus conuenerant, admitti consueuere. Creauit aũt M. Valerius primus foeciales. Sp. Fusiũ primũ patrem patratrũ eo bello quod Tullius Hostilius cum priscis Latinis geßit, uerbena caput capilloſq; cingens. Alias preterea partes, scilicet repetendi, patri patrato dedit Ancus Martius, eum morem ab antiquißima Equicolorum gente repetens. Eius rei formula antiquißima, est huiuscemodi. Legatus idẽq; pater patratus, ubi ad fines eorũ uenit, unde res repetunt capite uelato filo, lanæ uelamẽ est. Audi Iupiter, inquit, audite fines cuiuscũq; sint gentis, numina

† Officio immutauerim alias.

Patris patrati partes.

audiant fas. Ego ſum publicus nuncius Po.Ro. pie iuſteq; legatus uenio, uerbis meis fides ſit. Peragit deinde poſtulata, inde Iouē teſtē facit. Si ego iniuſte, impieq; illos hoīes illaſq; res dedier Po.R. mihiq; expoſco, tū patriæ compotē me nūq̃ ſinas eſſe. Hæc, cū fines ſupraſcādit, hæc q̃cūq; ei primus uir obuius fuerit, hæc portā ingrediens, hæc forum ingreſſus, paucis uerbis carminis, cōcipiēdiq; iuriſiurādi mutatis. Si nō deduntur quæ expoſcit, diebus tribus & 30. (tot enī ſolēnes ſunt) pactis, bellū ita indicit: Audi Iupiter, & tu Iuno ac Quirine, dijq; oēs cœleſtes, uos terreſtres, uoſq; inferni audite. Ego uos teſtor, populū illū (q̃cunq; nominat) iniuſtū eſſe, neq; ius p̃ſoluere. Sed de iſtis rebus in patria maiores natu conſulemus, quo pacto ius noſtrū adipiſcamur. Cū his nūcijs Romā ad conſulēdū redit. Cōfeſtim rex dictator, cōſul, ſiue q̃s alius ſenatū habuerit, ex his fermè patres cōſulit uerbis. Quarū rerū, litiū, cauſarū cōduxit pater patratus po.R. Quiritium patri patrato priſcorum Latinorū, hoībuſq; priſcis Latinis, quas res nec dederūt, nec fecerūt, nec ſoluerunt quas res fieri, dari, ſolui oportuit. Dic (inquit ei quē primū ſententiā rogat) q̃d cenſes? Tū ille, puro pioq; duello quærendas cenſeo. Itaq; conſentio cōſiſtoq;. Inde alij ordine rogabātur, quādoq; pars maior eorū q̃ aderāt, in eandē ſentētiā ibāt, bellū erat cōſenſu fieri ſolitū, ut fœciales in iactu haſtæ, ut dictū eſt, bellū indicerent.

De Sacrorū rege Cap. XI.

Sacrificulus. REx sacrorum, qui & sacrificulus dicitur, creari cœptus est Iunio Bruto, & M. Valerio primis consulibus. Eius creandi occasionem dedit, quod cum nuper exactis regibus pleraq; sacra à solis regibus obiri consueta, regum actione uacare uiderentur, idque moleste admodum populus ferret, utpote quod cultui diuino regum exactione uideretur derogatum, sacerdotem creari placuit, quem, quo minus eidem authoritatis † inesset, regio noĩe decorarunt, sacrorũ regem appellantes. Subiecerunt tamen Pontifici maximo, ne † similius dictioni fuisset suppositus, iam exacti reges, reducti reges esse uiderentur, uel crederentur. Quæ uero huic partes iniunctæ essent, nunc temporis minime reperiuntur.

† Deesset aliâs.

† ne si nullius ditioni: aliâs.

DE SIMVLACRI TRAIECTIONE matris deorum. Cap. XII.

GAllos quidem Berecynthiæ, siue illam deorum matrẽ dicere mauis, dedicauit antiquitas, eamq; religionem ut plerasq; alias, è Phrygia Romã reduxit, & eo quidem tempore, quo huiusmodi carmen ex libris Sibyllinis relatum est. Mater abest, matrem iubeo Romæ requiras. Cum ueniet casta est accipienda manu. Hoc responsum cum diu torqueret patres (quæ enim mater esset, aut unde petenda, non satis reperire poterant Physiã) Apollinis oraculum consultum misere, missi huiusmodi responsa attulerũt.

Diuum

Diuum, Apollo inquit, arcęßite matrem, quam Idæo quidem iugo reperietis. Mißi ergo in Asiam legati, datum negocium ut perquisitum ac tandem compertum deæ simulacrum Romam reducerent. Sed cum Attalus rex Asiæ, comperti à legatis simulacri traiectionem negaret, Romanis frustra iam abire parantibus, uocē eisdē & creditam esse deæ ferūt. Ipsa, inquit peti uolui, Romamq́; quod deorum omnium dignum domicilium est, deduci. Quo miraculo exterritus Attalus, Romanis illico simulacri translationem concęßit. Mari ergo transiecto Romam ut traditum est, cum Tyberi nauis simulacro onusta uectaretur, omni genere hominum ex urbe prodeunte cum carminibus, sacrisq; in sicco littore adhæsisse ferūt. Et cū omnis multitudo funibus iniectis, summo conatu adniteretur, nulla tamen ui auellere hærentē ualuit. Erat autem in turba Romanorum Claudia Quinta Vestalis uirgo præstantißimæ formæ, cuius exquisito habitu, multisq́; pleno illecebris, uiolatæ eius uirginitatis publica suspicio circumferebatur. Procubuit ergo puella ad pedes simulacri orans, obtestansq; deam, sic inquit. Læsæ uirginitatis me ream criminantur, tuum dea testimonium, uti rem indices, quæso, ut si tuo damnata testimonio dea fuerim, admissa morte luam, sin hac labe puram argueris, tum tu castißima castas manus prosequere obsecro Vbi hæc dixit, reste qua alligata erat nauis, manu arrepta, manu puellæ admodū parū conātis, facile tractū

prosecuta est, hoc pacto in urbē Scipio Nasica solus dignus, cuius manibus tangeretur, reciperetur'q; simulacrum, iudicatus est. Datum ergo Scipioni negotiū, ut templū deæ magnifice strueret, & eius cultui sacerdotes dedicaret, quos more deæ uetusto Spadones oportebat nō alio pacto ad id sacerdotiū legādos. Cuius quidē instituti, hoc in causa fuisse cōmemorant, dilexisse Cybelen puerū quendā Phrygiū, dilectoq; hāc conditionem adiecasse, ne castitate polluta admitteretur, puerū tamē nymphā Sangaridē deperisse, & cū apud eā sub arbore ei nymphæ dicata, una quiescerēt nocte dormientes, deā arborē cū ipsa nympha truncauisse, adolescētē metu ferè exanimatū, in uicinū montē, cui nomen Dydima est, cōfugisse, doloreq; amentē, pudoreq; ad admissi facinoris, membrū quo deliquerat, abscidisse. Hac ratiōe facti dea memor, p huiusmodi hoīes perpetuo sibi ministrari uoluit. Gallorū uero nomē à flumine Phrygiæ uetusto, qd' tēplo huius deæ uicinū est, tractum ferunt, cuius, ut ferunt, fluuialis undæ ea uis est, ut potantes insanire compellantur.

Gallorum sacerdotū origo

De duumuiris sacrorū. Cap. XIII.

DVumuiri sacrorū, quāto monumēta ueterū legendo cōsequi ualui, sacris libris legendis, carminibusq; Sybillæ, fatisq; Po. R. interpraetandis præerāt, ut Apollinis sacrarūq; cæremoniarū Antistites erāt, & quoties pdigia magnos aliquos rerum euentus auspicantia emersissent, lectisternijs ad puluinaria

naria deorũ factis, ut illorũ minas auerterẽt, supplicijs sacrisq; placabãt. Eorũ etiã ritu ꝓspere gestis rebus decernebantur. Huius sacerdotij nullã añ mentionẽ reperi, q̃ tpe quo ædes Castori, ꝑ filiũ posthumi secundi dictatoris, q tũc duumuir, dedicata est. Latino enĩ bello pater ipse dictator uouerat. Cæterũ cũ multo tpe, duo ad hoc ipsum sacerdotiũ uiri creati essent, ac plebs de suo quoq; corpore creare consules pergeret, neq; ad id ipsum satis uiriũ esset, obtinuit tandẽ, ut q duumuiri in eã diẽ creati fuissent, decemuiri crearentur, quinq; ex patribus, totidẽ ex plebe electis. Quare ex duumuiris, decemuiri appellari cœpti sunt.

Decemuiri è duumuiris

De Septemuiris Epulonũ. Cap. XIIII.

SEptemuiratũ epulonum, q̃q̃ ut coniectari potest, genus esse sacerdotij præsumitur, propterea quod cũ de uocatione Vestalis sacerdotij agitur, filiæ Auguris, decemuiri sacrorũ, Flaminis, septemuiri epulonũ sacrorũ, ab hoc sacerdotio excusationẽ mererentur, inter sacerdotia hoc ipsum subiungitur. Vtcũq; id fuerit, quoniã nihil quicq̃ de hac re mediocris etiã fidei autoritatisq; reperi, quod huic ordini officiũ commissum esset, ausus asserere nõ fui. Plinius tamen cũ esset orationẽ habiturus, cũ quasi propter futuros astantes timeret, dixit. Stabat medio consularis, modo septemuir epulonũ. Sũt adhuc Romæ in Pyramide quadrata incisa hæc uerba. Opus absolutũ diebus CXXX. è testã C. Cornelij. tr. pl. Septemuiri epulonũ.

L. FENESTELLAE DE ROMANOVM MAGISTRATIBVS LIBELLVS ALTER.

SED quoniã nunc de reliquis Magistratibus, quæ ad religionẽ nõ pertinent, tractare intendimus, alij quidẽ omniũ magistratuũ maiores, alij uero minores sunt. Qui maiores, quiue minores essent, paucis animaduertendũ est. Nã A. Gel. pleraq; hac in re ex M. Messalæ auguris libris dicta reliquit, cuius uerba hæc sunt. Patriciorũ auspicia in duas potestates diuisa sũt, maxima sunt prætorũ, consulũ, censorũ, neq; tñ eorũ oĩm inter se eadẽ, aut eiusdẽ potestatis sunt, ideoq; collegæ nõ sunt censores consulũ aut prætorũ. Prætores collegæ consulũ sunt, ideoq; neq; prætores aut consules censoribus, neq; consulibus censores aut prætoribus turbãt, aut retinẽt auspicia. At censores inter se, rursus prætores consulesq; inter se et uitiãt, & obtinẽt. Prætor etsi collega consulis est, neq; prætorẽ, neq; cons. iure rogare potest, ut quidẽ nos à superioribus accepimus, aut ante hæc tempora obseruatũ est. Et in commentario. 13. C. Tuditani patet, quia imperium minus

Gel. lib. 13. cap. 14.

prætor,

prætor, maius habet consul, & à minore imperio minor, à maiore aũt maior collega iure rogare nõ poßũt. Nos his temporibus prætores prætore creante, ueterũ autoritatẽ sumus secuti, neq; his † auspicijs in comitio fuimus. Censores æque nõ eodẽ rogantur auxilio, auspicioq;, atq; consules et prætores. Reliquorũ uero magistratuũ minora sunt auspicia, ideo illi maiores, hi minores magistratus appellantur. Maiores centuriatis, inquit, comitijs fiũt, minores creandis magistratibus tributis comitijs magistratus, sed iustius curiata datur lege. Ex oĩbus his Messalæ uerbis, inquit, manifestũ fit, q sint minores magistratus, et quamobrẽ minores appellentur. Sed et collegã esse prætorẽ consuli docet, quod eodẽ auspicio creantur. Maiora aũt auspicia dicuntur habere, quia eorũ auspicia magis rata sunt, q̃ aliorũ. Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionẽ auocare potest, prætor & comitiatũ, & concionẽ usquequaq; auocare potest, nisi à consule minores magistratus nusquã neq; comitiatũ, neq; concionẽ auocare possunt. Ea re, qui eorum primus uocat ad comitiatum, is recte agit. Quoniam bifariam cum populo agi non potest, nec auocare alius alij posset, si concionẽ habere uolũt uti ne cũ populo agãt, quamuis multi magistratus simul concionẽ habere poßint. Ex his uerbis Messalæ manifestũ est, aliud esse cum populo agere, aliud concionem habere. Nam cum populo agere est rogare quid populum, ad quod suffragijs

† Comitijs in auspicio.

suis

Condonē habere. suis iubeat, aut uetet. Condonē autē habere, est uerba facere ad populū sine ulla rogatione.

De Senatorum ordine. Cap. I.

SEnatorū originē à Romulo institutā esse, nemo ambigit. Quippe qui urbis parēs & conditor, cū iam nouā ciuitatē, uiribus & robore iuuenū affatim à se munitā cerneret, haud minoris momenti fore ratus, si eandē consilij ope fulcisset, ex primoribus patrū, q tūc aderāt, ciuibus centū numero elegit, quos ob honorē patres, ob ætatem Senatores appellauit, ut apud Lacedæmonios senes appellari eos, qui summū quendā magistratū gerūt † C. ait. Qui uero ex his primoribus centū patribus geniti sunt, patritij nuncupati sunt. Hūc ordinē mox Tullus Hostilius expleuit, Alba à se diruta, Albanisq; in urbē inductis. Tū Tullios, Seruilios, Quintios, Geganios, Clodiosq; senatores accepit. Exactis aūt regibus Brutus consul, exhaustum bonis uiris senatū intuēs, primores equestris ordinis adscribi in senatores operam dedit, illosq; conscriptos patres appellauit, ex quo tpe patrū conscriptorū appellatio locū habere instituit. Penes hos quidē senatores adeo semp totius reip. summa innixa est, ut ne reges quidē, consules, aut dictatores, aut alius quispiam magistratus, inconsulto senatu quippiam moliretur, adeo ut cū Tarquinius Superbus pleraq; præter senatus autoritatē decerneret, tū demū amisso regio nomine, tyrannus appellaretur. Senatores uero triplicis ordinis

Patres Senatores

† Alij habēt Cicero

Patricij.

Patres conscripti.

ordinis fuisse reperi, alij enĩ patricij, alij pedarij, non nulli uero conscripti appellabantur. Patritij sunt hi maxime, qui centũ illis patribus à Romulo lectis geniti sunt. Conscripti uero senatores, hi qui regũ, consulũ, censorumue decreto in senatũ lecti sunt. Pedarios autẽ senatores uarijs rationibus appellatos inuenio, alij enĩ qđ hi nõ haberẽt sententiæ dictionẽ in senatu, sed in aliorũ sententias pedibus irent, dictos pedarios putãt. Alij, quod essent pleriq;, qui magistratus curules adepti, sella curuli in senatũ ueherentur, q uero pedibus iter facerẽt, pedarij nominabantur. M. aũt Varro equites quosdã esse ait, quibus amplioribus magistratibus functis, nondũ tamẽ à censoribus in senatores lectis, nõ esset ius dicendæ in senatu sententiæ, cum tamẽ in senatũ uenire liceret. Sed quas sententias principes dixerãt, in eas descendebãt. De ordine uero ac ratione consulendi senatus, quæ hucusq; reperi, ea potissimũ adducã. Aliquando enĩ primo rogari mos fuit, q princeps in senatu à Censoribus positus fuerat, non nunq̃ uero ut essent hi prius rogarentur, qui Consules designati essent, institutum est. Cicero aũt in eo libro, quẽ inscripsit Catonẽ maiorẽ de senectute, tantũ aliqñ senectuti honoris tributum scribit, quod ut quisq; natu grandior esset, ita prior in senatu sententiã rogaretur. Vsu tandẽ introductũ esse dicitur, ut quẽ consul ipse rogasset, is prior ex sententia uerba faceret, alium tamẽ q̃ consularẽ uirũ rogari fas fuisse negãt. Ex qua

Patritij
Conscripti
Pedarij

Ordo consulẽdi senatus.

sanè

sanè consuetudine C. Iulius Cæsar in eo consulatu, quẽ gessit M. Bibulo, treis duntaxat uiros extra ordinẽ rogasse dicitur M. Crassũ, Cn. Pompeiũ, & M. Catonẽ. Post M. Crassũ Cn. Pompeiũ, ubi filiã sibi in matrimonio collocauit, rogare primũ cœpit. Cũ uero M. Catonẽ rogaret, atq; idẽ cũ consulebatur de rep. nimis forte diceret, longioreq; ꝑinde oratione uteretur, qua omne ferè tempus, quod est habendũ senatui, tereret, Cæsar uiatorẽ uocauit, M. q; Catonẽ, quoniã finẽ nõ faceret, præhendi loquentẽ, & in carcerẽ trahi iussit. Catonẽ cũ imperio pareret, senatus consurrexit, et ad carcerẽ prosequebantur. Cuius rei quasi inuidia motus Cæsar destitit, atq; emitti iussit. De more aũt habendi senatus M. Varro rogatu Pompeij librũ edidit, cũ ille primũ consul cũ M. Crasso fuisset designatus. Creditur quia foris, militiæq; ad eã ætatẽ occupatus, uellet ciuilis consuetudinis, cuius expers erat, fieri peritior. Sed eũ librũ in ipsa Varronis ætate perijsse, idẽ ipse in epistola ad Opianicũ scripsit. Qua in epistola multa scribere Varronẽ id genus A. Gel. in commentarijs noctium Atticarũ refert. Primũ ibi scriptũ fuisse, per quas personas haberi senatũ liceret, nominat dictatorẽ, consulẽ prætorẽ, tr. pl. inter regẽ, præfectũ urbi, neq; ullis aliis ius fuisse senatũ frequentẽ fieri iubere asserit. Addit deinde extra ordinario iure tribunos militares, q ꝑ consulibus essent. Itẽ decemuiros, quibus imperiũ consulare tũ esset. Itẽ triumuiros reip. constituendæ causa

Varronis lib. de more habẽdi senatũ.

Gel. lib. 14. 7. cap.

creatos,

creatos, consulendi senatũ ius habuisse. De præfecto urbi Latinorũ, utrũ senatũ habere liceret, nõ satis conuenire ait, q liceræ negauit, qđ ne ille quidẽ senator sit, pinde ius dicendæ in senatu sententiæ nõ habeat, in rationẽ adducũt, eaq; ætate, quæ nondũ senatoria sit, creari. M. aũt Varro, & Anteius Capito, ius esse præfecto urbi, senatus habendi aiũt. Quandoquidẽ & tri. pl. q̃q̃ nõ essent senatores, ante † Acciniũ plebiscitũ ius senatus habendi esset. Scripserat etiã de intercessionibus, illis uidelicet ius intercedendi fuisse, q uel ea potestate, uel maiori fuissent, ijs q senatusconsultũ aut plebiscitũ, uel aliud decretũ rogarẽt. De loco habendi senatus, aut senatusconsulti rogandi, nisi in locis p augures constitutis, quæ templa appellabãt, haberi rogariue posse negabãt. Vnde & in curia Hostilia, in Pompeia, & post in Iulia, cũ profana essent loca, templa p augures sunt constituta, ut in ijs senatusconsulta more maiorũ iusta fieri possent. De tempore uero habendi senatus, ita disserit. Ante exortum, inquit, solem, aut post eius occasum, senatus consultum irritum esse, opus etiam censorum fuisse, per quos, & quo tempore factum esset senatusconsul. De ætate autem senatoria etiam adolescentibus senatorum senatum ingredi licuisse, ueterum monumenta legentibus apparet. Quo minus uero tandem in senatum illi ætati uenire liceret Papyrij prætextati factum in causa fuit, ut Valerius Maximus scriptum reliquit. Tunc igitur constitutum ne cui

† aliás Atiniũ.

Locus senatus habendi.

Tempus habẽdi senatus.

Senatoria ætas.

ne cui paucioribus.25.annis nato senatũ ingredi lice-ret,ut est apud Plutarchũ in uita Magni Pompeij: Itẽ apud ius ciuile Romanorũ, quo nos etiã hoc tempore utimur,facile conspirari licet. Qui uero senatus habi-turus esset,auspicari primo atq; immolare hostiã debe re,idẽ Varro censebat. Docuit & de diuinis rebus,pri usq̃ de humanis ad senatũ esse referendũ. Itẽ senatus-consul.duobus modis fieri,aut per discessionẽ,si con-sentiretur,aut si res dubia esset,per singulorũ senten-tiã. De pignore quoq; capiendo, de multa irroganda senatori,qui pro tpe in senatũ uenire debuit,nõ inter-fuerit. Quantũ uero ad senatorũ familiã pertinet,se-natoriarũ personarũ appellatione,et uxores contineri decretũ est. Adoptiuos aũt filios,& si ante q̃ patres in senatũ essent ducti,sese in adoptionẽ dedissent senato-res esse placuit. Si quis aũt ex patritiorũ ordine,ple-beio homini se in adoptionẽ dediderit,patritium tamẽ manere cautũ est,quã legem ea tempestate nullã fuisse arbitror,cũ P. Clodius uir patritius,quo tpe tribuni-tia potestate fungeretur, qua aduersum Cic.factione uteretur,plebeio homini se adoptandũ praebuit. Con-tra senatorum filiae,nisi quae senatorijs hoĩbus nuptui traditae essent,clarißimarũ foeminarũ noĩe nõ conti-nerentur. Senatoris uero filiũ à patre emancipatũ,& si filij nomẽ iure ciuili amittit,senatoriã tamẽ retinere dignitatẽ creditur. Posthumi aũt,q̃uis post patris mor tẽ nascuntur,senatorij tamẽ hoĩes appellabantur,cum

Senatoriae personae. In Pand. lib.1 tit.de senatori bus haec tra-duntur.

uero

uero qui postq̃ pater senatu motus est concipitur et nascatur, nõ esse senatoris filiũ Proculis, et Pegasus opinabantur. Si quis uero ante conceptus fuerit, q̃ eius pater senatu amoueretur, non nocebit filio casus patris, quo minus senatoris filius censeretur, sed si pater anteq̃ conciperet filiũ, senatoriã dignitatẽ amiserit, ac deinde decesserit, filij aũt in aui potestate senatoris reciderẽt, & si nõ quasi senatore patre nati uideantur, senatorij tñ esse censebantur. Mulieres aũt senatoribus primo, deinde inferioris sortis hoĩbus matrimonio collocatæ, clarißimarũ ordinis nõ sunt. Itaq; impetrare pleræq; à principibus solent, ut nuptæ iterũ inferioribus uiris, in senatoria nihilominus maneant dignitate, ut dicatur diuũ Augustũ Iuliæ Maniæ consobrinæ suæ indulsisse. Senatores uero senatorio ordine amotos, q̃uis capite nõ minuantur, & ciuitatẽ retineãt, iudicare tamẽ ac testimoniũ dicere, prohibet lex Iulia repetundarũ.

De Tribunis celerum equitum. Cap. II.

TRibuno scelerũ equitũ primus Romulus creasse fertur, cũ tres equitũ centurias, quarũ opa in omni reip. discrimine uteretur, adscripsit. Eas centurias, Ramnensiũ, Tatiensium, Lucerũ appellauit, Ramnensiũ à Romulo, Tatiensiũ à Tatio, Lucerũ uero denominatio, ut Liuio placet, incerta est. Quos aũt tertios his præfecit uiros, quos ex tribus elegit tribubus, tribunos nominauit, fuisse aũt numero trecentos ait equites, eo quod singulis curijs, quæ triginta erãt,

dece adsciuerit. Quod uero celeriter accurrere eos uoluit, siquando respub. illorũ opera indiget, appellari celeres uoluit. Sunt etiã qui à Celere quodã, qui primus ijs ordinibus à Romulo præfectus fuerit, Remi interfectore, hoc nomẽ inditũ esse opinentur, ut Ouidius in libro Fastorũ significare intelligitur.

Ouid. locus lib. 4. Fast.

DE QVAESTORIBVS. Cap. III.

Quæstoribus creandis origo uetustißima est, & ante oẽs penè magistratus instituti sunt. Gratianus aũt ĩ eo libro, quẽ de temporibus scripsit, ipsum etiã Romulũ & Numã, duos habuisse quæstores, quos nõ sua uoce, sed populi suffragio creatos, scriptũ reliquit. Cæterũ ut Romulũ quæstores habuisse, nõ usquequaq; notũ est, ita Tullũ Hostiliũ regẽ quæstores habuisse constare nequit. Quod uero publicæ quærendæ pecuniæ præpositi essent appellatos aiunt. Quæstorum uero ærarij, & urbanæ pecuniæ curam agere, prouincias partim exigendis uectigalibus sortiri, pleriq; (ut Gratianus dixit) epistolis in senatu legendis occupari. Iiq; nuncupati Candidati principis. Nonnunq̃ autem maleficia conquirere quæstoribus negotio traditum est, ex quorum exercendis quæstionibus, quæstores dictos fuisse, Mar. Varro opinari uidetur. Quæstores ut fere omnes reliquos magistratus tam plebeios, quàm patritios promiscue creari obtinuit, quæ potestas, quoniam minoribus adscribitur, neq; præhensionem, neq; uocationem habet. Et quemadmodũ

Candidati principis.

admodũ

admodum priuati in ius ad prætorem uocari solent, eadem gerendorum honorum, dicendæq; in senatu sententiæ initium fuisse perhibetur. Etiam quia de capite ciuis Romani iniussu populi, non erat permissum consulibus dicere, propterea quæstores constituebantur à populo, qui in capitalibus præessent rebus. Ii appellabantur quæstores parricidij, quorum & meminit lex duodecim tabularum.

Quæstores parricidij.

De Interregia potestate. Cap. IIII.

ROmulo ergo humanis iam rebus subducto, fluctuantibus patrũ animis, quo pacto rempublicã procurarẽt, quẽ in demortui regis locũ suffecturi, aut quo tandẽ pacto essent, ne noua multitudo sine rege ac duce paßim uagaretur, ac uicinorum tandẽ irritatis animis, urbem rectore uacuam uis aliqua externa adoriretur, difficultati rerum consulere rati, centũ patres decẽ decurijs factis, singulos ex singulis legunt, qui summæ rerum præessent. Ex ijs unũ qui in signibus imperij, & fascibus esset decernunt. Quinq; dierũ spacio finiebatur imperiũ, eoq; pacto uicißim inter se sortiebantur, dũ orbe exacto annus circumageretur. Sed huius imperij cũ iã ꝑtesum uideretur, ac plebs pro uno rege, centũ sortitũ esse quereretur, audirentq; ea moueri patres, qui uel imperiũ posituri esse uidebantur, ꝑ speciẽ beneficij ultro offerendũ rati, summã potestatẽ populo permittunt, statuuntq;, ne plus iuris ac potestatis futuro regi permitterẽt, q̃ apud se retinerent,

Decuriæ patrum.

Ex Liuio.

rẽt,ſimul decrernũt,quẽ populus ipſe regẽ iußiſſet,ita demũ ratus haberetur,ſi patres autores extitiſſent. Tũ interrex concione aduocata,quod bonũ,fauſtũ,felixq́; ſit,inquit,Quirites regẽ create,ſi dignũ,q ſecundus à Romulo ſit creaueritis,patres autores fiẽt,atq́; ea conditione reges creabãt,apud quẽ ſumma rerũ erat. Dũ regia poteſtas uacãs erat,interrex appellabatur. Apud minores uero Romanorũ cũ reipu. cauſa abeſſent conſules,neq́; habendis comitijs intereſſe poſſent,ſiue uitio conſules creati eſſent,ſi dictatorẽ comitiorum cauſa dici nõ placuiſſet,res ad interregẽ deducebatur,ac per interregẽ conſularia comitia habebantur.

Interrex

De Duumuiris capitalibus. Cap. V.

SI duumuiratus capitalis repetere originẽ uolueris,uſq́; à Tulli Hoſtilij regis temporibus erit repetenda. Is enim bellum cũ Albanis geſturus,copias iam è campis in aciẽ eduxerat. Tum Metius Suffetius Albanorũ dux, regem Romanorũ ad colloquiũ uocauit,qui ubi in conſpectũ uenerũt,diu de conditionibus pacis inter eos agitatũ eſt,hanc tandẽ conditionem inierunt. Erant in exercitu Albano trigemini fratres,qui Curiatij appellabantur,ut hi cum trigeminis Oratijs Romanis ferro dimicarẽt,utrius exercitus uictores eſſent,is populus cũ bona pace,alteri imperaret. Armati ergo hinc Oratij,illinc Curiatij,in campũ prodeũt,diu uario Marte pugnãt,ad extremum tres Curiatij,atq́; ij quidẽ oẽs ſaucij, duos ex Oratijs obtruncãt,

truncant, tertio integro relicto. Iuuenis ergo integer corporis, animiq; uiribus, ne si stando tutari ictus non posset, ambire campũ instituit, ex Curiatijs, qui ualidior erat, metu exanimatũ fugere ratus, persequi illũ, ægre licet, pergit. Oratius ubi alterũ longe ab alijs esse cernit, Curiatiũ aggreditur, parumq; ualidũ facile obtruncat. Accurrentẽ fratri ferre auxiliũ, primo illo etiã infirmiorẽ, & uix sustinentẽ arma facilius occidit. Tertiũ graui uulnere, metuq; grauiore, minore negotio confodit. Iuueni ergo Oratio omniũ consensu gloriosissimus triumphus decernitur. Triumphanti ergo cũ omne genus hominũ, tũ Oratia soror uenit obuiã. Hæc Oratia alteri ex Curiatijs forte desponsata fuerat, quæ ubi conspexit occisi nuper à fratre uiri pendentes ab hasta exuuias, lamentis & fœmineo eiulatu complebat omnia, cuius rei indignatione sororẽ interficit, ratus publicã lætitiam turbasse. Triumpho ergo acto Oratius ad regẽ trahitur, in carcerem seruandus traditur, ergo omniũ sententia Oratiũ damnat capite, sed recens tam insignis facti memoria permultũ fauoris à rege ipso sibi uendicat. Dilatione ergo iudicij rex quæritans, tum primũ duos uiros creat, quæstionẽ iudicij ab se ad illos reijcit, quid plura? duumuiri plectendũ capite Oratiũ pronunciãt, sed Oratius ab illa sentẽtia populũ appellat, res ad populi iudicium reijcitur. Tum uero senis, orbiq; triũ liberorũ parentis lachrymis, & ꝑ concione orationibus acta, insignis actæ rei

recenter memoria rerũ iuuenẽ populus absoluit. Tum ergo duumuiris capitalibus initiũ esse cœpit, unius tamẽ † argumento triumuiri collegæ facti sunt. Quod uero capitalibus quæstionibus præessent, & carceris rerũ capitaliũ agerẽt custodiã, capitales appellati sunt, cuius etiã magistratus in damnatione C. Manilij Capitolini opa usum Po. Ro. Liuius meminit. Eorundẽ interuentu triumuirorũ in eos, q cũ L. Catilina coniurauerãt, animaduersum est, ut meminit Salustius.

† augmento

De præfecto urbis. Cap. VI.

DE præfecto urbis nusq̃ antea quicquam reperitur, q̃ de Sp. Lucretij patris Lucretiæ præfectura, nõ tamen alios reges præter Tarquiniũ superbũ, præfectos urbi creare potuisse negauerim. Quo sese res uertant, cum regibus profiãsa opus foret, penes præfectum urbis summa rerum relinquebatur. Vbi autem imperium propagatum est, totius Italiæ iurisditio ad præfectum urbis delata est. Omnia enim crimina, quæ per totam Italiam admittebantur, ut epistola diui Seueri ad Fabium Cylionem cautum est, præfectus urbis sibi uendicat. In initio uero eius epistolæ ita scriptum est. Cum urbẽ nostram fidei tuæ commiserimus, quicquid intra urbem admittitur, ad præfectum urbis uidetur pertinere. Sed & si quid intra centesimum lapidem admissum sit, præfecti urbis ad cognitionem pertinet. Si ultra centesimum lapidem admissum fuerit, urbis præfecti notio nõ erit. Audiet

Eadẽ ferè ad uerbũ plita in Pand. de of. præf. ur.

seruos

ſeruos qui ad ſtatuam confugerint, aut qui de dominis conquerantur, quod de ſuo peculio empti, non manumittantur. Audiet dominos egentes, & qui ſe ægros eſſe dicant, deſiderentq́; ſibi à liberis ſuffragium impendi. Relegandi etiam deportandiq́; inſulam, poteſtatem præfectus huiuſmodi obtinet. Si quis autem ſeruũ ſuum in uxorem ſuam adulterium commiſiſſe aſſerit, apud præfectum urbis erit audiendus. Neq́; eſt alienum ab eius poteſtate, ut coram ipſo interdicatur, quod ui aut clam exercetur. Solẽt item ad præfectum urbis tutores, curatoreſq́; remitti, qui male in tutela, curaq; uerſati fuerãt, quiq; grauiore animaduerſione q̃ut ſuſpectorũ crimen incurrãt, indigent, ſeu quos probari poßit, datis nummis tutelam occupaſſe, ſeu accepta mercede operã dediſſe, quo minus idoneus tutor aßignaretur alicui, uel conſulto circa edendum patrimonium eius quantitatem minuiſſe, ſiue euidenti fraude pupilli bona alienaſſe. Id quoq́; iniunctum eſt huic magiſtratui à diuo Seuero, ut mancipia tueatur, ne proſtituantur. Curare præterea præfectus debet, ut nummularij probè ſe agãt circa ſuæ profeßionis negocia obeunda, temperetq́; ab ijs, quæ leges nõ admittũt. Si aũt patronus ſe à ſuo liberto, aut docuerit, aut contumelioſum ſibi libertũ queratur, ſiue ſe conuiciũ ab eo paſſum, liberoſue ſuos, uel uxorem, aut quid ſimile obiectum fuerit, præfectus urbis adiri ſolet, & pro modo querelæ, corrigere eum aut comminari, aut fuſtibus caſtigare,

aut ulterius pcedere in pœnā solet. Quod si delatū se à liberto, aut contra se cū inimicis conspirasse doceat, etiā in re tali præfectus in eum pœnā constituet. Cura etiā rei macellariæ oīs, ut iusto pretio ueneat, ad officiū præfecti ptinet, et ideo forū boariū, suariū, piscariū, et olitoriū ad eundē præfectū ptinet. Ad tuendā quoq; populorū quietē, dispositos stationarios milites habere debet, curareq; ut sibi qd' ubiq; agitur, per delatores denunciet. Potest etiā urbi interdicere negotiationi, pfectionibus, aduocationibus, et foro ad tempus & in ppetuū. Sed cū multo tpe præfectus urbi creatus fuerit demū illius ditione delata ad prætorē, translata Latinarū feriarū, duntaxat creari cœptus est. Et cū cæterorum oīm magistratuū fora quiescerēt, soli præfecto urbi Latinorū subiacēt, ne quis alterā magistratuum speciē arbitraretur. Pleraq; quæ ad præfecti ditionem pertinere uidebantur, de industria omissa sunt.

DE CONSVLIBVS. Cap. VII.

Consularē potestatē regiæ potestatis exemplo accersitā fuisse, uetustatis monumenta declarāt Exactis enī regibus, duo uiri creati sunt, quibus præterq̄ quod annuū imperiū datū est, nihil aliud immutatū est. Itaq; lictores & trabeā, cæteraq; regū insignia tenuere. Quod consulere rempub. deberent, consules appellauere. Iniunctumq; ut omnium, quæ è repub. fore arbitrabantur diligenter curam agerent. Primi consules post exactos reges fuere L. Iunius Brutus, &

Consules unde.

tus, & L. Tarq. Collatinus. Brutus cum collega egit, ut penes alterum duntaxat fasces forent, ne si penes utrumq; populus conspexisset, duplicatum terrorem ex uno ad duos reges quereretur. XII. erant numero lictores, qui cum fascibus uirgarũ securim cuiq; consulum præferebant. Quem numerum lictorum collegisse Romulum ferunt, eo quod 12. uultures in Auentino monte, cũ augurijs cum fratre contenderet, inspexit. Nonnullis autem atq; idoneis autoribus, hoc ut pleraq; alia, scilicet apparitores, sellam curulem, togam & prætextam ab Ethruscis finitimis populis adsciuisse uerisimilius uidetur, Ethruscos enim cum duodecim populis constarent, rege communiter creato, unum lictorem regi singulos exhibuisse. Lictores autẽ à ligando dictos existimant, quod quem consules præhendi ligariq; iußissent, præsto essent ad præhendendũ, & uenientes consulibus obuiam, de equo descendere iuberẽt. Junio aũt Bruto altero ex primis consulibus in bello extincto, cũ solus P. Val. in consulatu remansißet (Hic enim in Tarquinij Collatini locũ susceptus erat, quod ille ob inuisum Tarquiniorũ genus, se consulatu abdicare compulsus esset) ut sunt mutabiles uulgi animi, in ipsum non inuidia modo, sed suspicio etiã cũ atroci crimine oborta est, & cum consul aduocata concione se expurgaßet, auctor eße instituit ferendæ legis, ut aduersus omnes magistratus esset prouocatio. Tũ uero consularis autoritas, regiæ potestatis longè inferior

Lictores.

esse cœpit, ac libertatis iacta semina mirũ ĩmodũ cõualuiße uisa sunt. Consules nisi à patribus creari, quod apud alios auspicia non essent, religionẽ fore aliquando creditũ est. Profligato tandẽ Gallico bello (eo scilicet quo T. Manlius Torquatus torque hosti Gallo, quẽ singulari certamine occiderat, detracto, Torquati cognomen sibi, posterisq; suis clarissimũ dedit) aßiduis tribunitijs seditionibus uicti alterũ ex plebe consulem creandũ concessere. Primus autem de plebe cõsul L. Sequacius creatus est, & cum antea tribunos militum, qui pro consulibus eßent, ex suo quoq; ordine creari plebs obtinuißet, sæpenumero creationi tribunorum, cõsularis potestatis intermissio occurrit, adeo ut duobus aliquando, nonnunq̃ pluribus, sæpe etiam paucioribus annis consulare imperium uacauerit. De constitutione uero consularis potestatis, id uulgo compertum est, habitis scilicet per consules, siue alterũ duorum, siue per interregem aut dictatorẽ comitijs, quæ tribuũ, centuriarumq; conuentu ac suffragijs cõstant, & in campum Martiũ accitis, qui consulatum petituri erant in campum descendunt, atq; eo quod tunc candidis uestibus induti sunt, Candidati uocantur. In quem igitur populi suffragia, consularibus habitis comitijs suffragijsq; rite peractis concurrebant, is erat consul designatus. Sed quoniam de comitijs habuimus mẽtionem, nõ incongruũ est, hic nõnihil ex ijs, quæ ad nos usq; peruenerunt, adscribere. Comitiorũ enim alia ca-

Torquati cognomen.

Candidati.

lata, alia tributa nuncupãtur. Calata uero dicta, quod per lictorẽ curiatim calari, id est uocari. Ea uero in centuriata & curiata diuiduntur. Curiata ex curijs, quæ triginta numero erant, & omne genus ciuiũ continebant per curiatũ lictorẽ uocabantur. Centuriata uero per cornicem ex censu, & ætate accersebantur. Tributa uero ex omnibus regionibus urbis, ac tribubus (ut reor) nuncupata cõstabant. Centuriata aũt fieri intra pomœrium nefas erat, quia exercitui (ut ferunt) nisi extra urbem imperari ius nõ sit. Propterea Cẽturiata in cãpo Martio haberi, quod exercitui imperari præsidij causa solitũ sit. Illud præterea necessarium consulatũ petentibus, ut per seipsos comitijs interessent, per alios petendi facultas nullo pacto decernebatur. Quin etiam per scribendis cæteris magistratibus obseruatũ uideo. Eam præterea potestatem, de qua agimus, & filij familias, et sui iuris cõstituti consequũtur, seq; ipsos apud se sua authoritate emãcipandi facultas est. Tandem etiã institutũ, ut q consules fierent, ipso iure sine emãcipatione à patriæ potestatis uinculo liberarẽtur.

Comitiorum diuersitas.

DE DICTATORE. Cap. VIII.

DIctatorẽ Albanos priusq̃ Romanos habuisse, quippe qui Metium Suffetium habuerunt, testis est T. Liu. Apud Romanos uero primus dictator factus est T, Largius primũ consul, quo anno quibusue cõsulibus nõ satis constat. Illud uero liquet, Latino, Sabinoq; bello impẽdente, quadragintáue populis

† Manilio alias.

pulis in Romanos cõiuratis,cõ dũtãte †Mamilio Octauio Tuſculano,Tarquinij Superbi genero, qui eum penes exulabat,dictatorem Romæ creari inſtituiſſe. Ea ſumma quidem poteſtas apud Romanos fuit,à qua nec prouocandi ius fuiſſe, & animaduerſum in capite cuiuſq; ciuis Romani,totiuſq; reip.ſummam ditionẽ penes ipſum habuiſſe,ueterũ ſcripta teſtantur. Lictores et uniuerſa regum inſignia,dictatori attribuere,q autem ſummũ ei in populum ius, ſummaq; poteſtas fuit, magiſter populi cognominatus eſt, ex quo factum,ut qui poteſtatem aliquã de publico haberet, utpote qđ à ſuprema dictaturæ poteſtate ortum duceret, magiſtratus,uelut à candido candidatus uocaretur. Dictator aũt nullo alio pacto creari conſueuit,q̃ cum uis aliqua maior de improuiſo oborta, ingentẽ urbi cladem minitari uideretur,Prius non niſi è patribus uelut pleraq; alia, Dictatorem legi fas fuit,tandem ut cætera quoq; idipſum imminutum eſt. Bello enim quod po. Ro. cum Faliſcis geſſit, Tarquinenſibuſq;, primus de plebe dictator creatus eſt C. Marius Rutilius,qui & ipſe magiſtrum equitum etiam de plebe hominem L. † Plautium dixit. Hunc magiſtratũ, quoniam q̃ ampliſſimus eſſet,non niſi ſex menſes retinere licuit, qđ uero futuros dictitare magiſtratus ſolitus ſit, appellatum eſſe dictatorem M. Varro ait. Huius etiam prætextu magiſtratus L. Sylla,ac deinde Iulius Cæſar rempub. oppreſſere,tyrannidis inuiſum, atq; infame nomen euitare

Magiſter.

† C. Plauti alij.

Dictator unde appellatus.

tare

tare cupientes. De dictatore ergo, quantum per ueterũ disquisitionem licuit diximus.

DE MAGISTRO EQVITVM CAPVT IX.

QVales tribuni celerum apud reges, tales fermè apud dictatores magistri equitum fuere & ut dictatori ius summum in populũ fuit, ita in omnes milites & accensos magistro equitum fuisse traditum est. Primus magister equitũ SP. Cassius fuit, à T. Largio, primo dictatore creatus. Id demũ officij fuit magistris equitum apud dictatores, quod tandem præfecto prætorio apud Cæsarem. Profectus prætoria.

DE TRIBVNO PLEBIS, Ca. X.

TRibunis plebis creandis initiũ fuit secessio plebis à patribus in montem Sacrũ facta. Transacto enim bello, hinc Volscorũ, illinc Equorũ atq; Sabinorũ, cum ex promißis patrum ferendæ legis, de liberanda à nexibus fœneratorũ plebe, spes quibusdam certis inditijs uersaretur, quæ tum quadam ac nimia lusione protrahi uideretur à patribus, M. Valerio dictatore creato qui ad populares seditiones comprimendas, ingensq; gerendũ bellum mitteretur, cũq; pro plebe, ad ferendam legem intercedere cœpisset, et se & plebem frustrari uideret, magistratu se abdicauisset, accederetq; ad indignitatẽ plebis, quod patres plebis animos à seditionibus auertere rati, sub prætextu sacramenti cõsulibus præstiti, nouo bello cogere ad militandum

tandi adnitebantur. Plebs ꝑmoleste id ferens, in montē Sacrū, qui est trans Anienem, tertio ab urbe miliario, secessit. Quod cū ingentē trepidationē incussisset patribus (quoniam enim modo urbem omnium militum robore exhaustam, si qua uis belli aliqua ex parte irrepsisset, tutari remp facultas dabatur?) Menenium Agrippā summa ea tempestate authoritatis uirū, plebi charum pariter ac patribus, legatū ad componendam popularem seditionem decernunt, qui graui usus oratione, in qua apologum de conspiratione membrorum contra uentrem induxit, quemadmodum uentri ea conspiratio cladem attulerit, usque eò deliniuit plebis animos, ut illius opera pacē cum patribus inierit. In cuius pactione fœderis, conuenit, uti plebeios in urbe magistratus obtinerent. Duos ergo tribunos tum habere plebs cœpit A. Vir. T. Vetusio consulibus. Alia rursus secessione, tres additi Appio Claudio, & Caio Quintio cōsulibus. Mox quinq; itē alij, cōsulibus M. Oratio Puluillo, & Q. Minutio. Hoc pacto decē tribunis in plebem Romanū fuit iurisditio. Tribunorū uero tanta creuit autoritas, ut qcquid senatus decreuisset, ita demum ratū haberetur, si tribuni approbassēt. Stabant ergo in uestibulo curiæ, ubi habebatur senatus (templū enim ingredi nō licebat) & quæcumq; senatores decreuissent, tribunis animaduertēda perferebantur, ut si pro republica fore uiderentur, approbarent, cætera ad arbitriū reijcerent, tanq̄ senatus cōsulta ap-

ta approbassent. T. literam in tergo adijciebant, haud alio pacto rata iudicatū iri. Sed in tributia potestate, si latius † patere uobis uoluerimus, Labeonis Antistij iuris peritißimi constat sententia, cuius uerba, quemadmodum apud Aul. Gellium scripta reperi, ita ipse scripsi. In quadam, inquit, epistola Attei Capitonis scriptum legimus, Labeonē Antistium legum atq; morū pop. Ro. iurisq; ciuilis doctum apprime fuisse, sed agitabat, inquit, hominē libertas quædā nimia, & uecors usq; eò, ut diuo Augusto iā principe, & rempub. obtinente, ratum tamen pensumq; nihil haberet, nisi quod iustum sanctumq; esse in Romanis antiquitatibus inuenisset. Ac deinde narrat, quod idem ipse Labeo p uiatorem à tribuno plebis uocatus, responderit. Iussit enī ei qui missus erat, ad tribunos plebis redire, eisq; dicere, ius eos nō habere, neq; se, neq; alium uocandi, cū moribus maiorum, tribuni plebis præhensionē haberent, uocationē non haberēt. Posse igitur eos uenire, et præhendi se iubere, sed uocandi absentē ius nō habere. Idq; etiā apud Varronem in libro rerum humanarū scriptum asserit A. Gellius. Qui sanè Varro cū triumuir esset, asserit se à tribuno plebis uocatū nō fuisse, cū tribunus plebis esset, neminē uocari iußiße. Maxīe uero partes tribunorū intercæßionibus extitere (id quidem est uim à cæteris magistratibus prohibere fieri) aut minores in legibus ad populum ferēdis, quæ plebiscita appellātur. In qbus sanè rogādis, patrū interesse nulli ad-

T. litera.

† Facere uerba.

A. Gell. li. 13. cap. 12.

li admodum ius fuit. Quinetiam in prouincijs proconsularibus aßignandis, ut idem apud Plutarchũ in uita M. Catonis, maxime in tribunatu P. Clodij. Licet etiã obseruatũ est inter tribunos, si cæteri oẽs unam rem probaßent, unus uero id prohibuisset, plus cæteris quidẽ omnibus in ea probatione polleret, & reliquos omnes facile impedire posset.

De Proconsulari potestate Cap. XI.

DE hac quidem potestatis specie, nihil qcq̃ prius repperi, q̃ bello à po. Ro. cum equis infeliciter gesto, maximoq; terrori urbi illato. Tum enim consul, q in urbe remãserat, quo celerius delectũ facere poßet, proconsulẽ creauit, q obseßo collegæ auxilum afferret. Creatus est igitur proconsul T. Quintius, Albo Posthumio, & Sp. Furio consulib. Quod uero pro consulibus mitterentur, eorũq; uice functuri eßent, proconsules appellati sunt, ijs magistratib. cætera quidẽ consularia insignia concessa sunt, præterq̃ qđ sex duntaxat lictoribus uti iniunctum est. Qua tẽpestate non ordinaria qdẽ, sed delegata iurisditione pconsul (de quo agimus) utebatur, q̃uis postea usu euenit, ut propria huic magistratui iurisditio cõpetere instituerit. Propagatis enim imperij finibus compluriũ & ingentiũ bellorũ administrandorũ cura exorta, obseruari cœptũ, ut quo quiq; anno consules fuissent, sequenti proconsules remanerent, in uarias prouincias cũ imperia sortirentur. De finibus aũt proconsularibus

bus, quæ nanciſci potui ea breuiter ſubijciã. Poteſtatem ſuam proconſul, niſi in ea prouincia, quam eſt ſortitus, exercere non poteſt, quis uoluntariam (ut aiunt) iuriſditionẽ, eã eſſe autoritatẽ, manumittere ſeruos ſuos apud ſe uolentes, aut ſe adoptandos dari paſſim præſtare. Cõtentioſam uero iuriſditionẽ, præterq̃ in prouinciã tractare nõ poteſt, ne quicq̃ in prouincia negociorum exoriretur, quin ad proconſulis adminiſtrationẽ ꝑtinere ſoleat. Sin aũt fiſcalis cauſa inciderit, melius faciet ad procurationẽ Cæſaris deferre. Si uxorẽ ſecum in prouinciã duxerit, quod nõ feciße decentius putabitur, ea † quæ deliquerit in eã ipſam aĩaduertet. † Obſonijs dono miſſis, ut prorſus abſtinere nõ debet, ſic in accipiendis modũ ſeruare, ualde enim inhumanũ eſt à nemine accipere, paſſim uero uiliſſimũ & penitus auariſſimũ. Ab alijs uero rebus dono miſſis, oĩno abſtinere proconſulẽ oportet. Itẽ ab emptionibus oĩm rerum præterq̃ uictus quotidiani cauſa. Lites uero quæ ſerio ſã excuſatione, aĩaduerſioneq; indigẽt, ſummatim pertractare ac diffinire nõ debet. Quæ cognitionẽ exactiorẽ nõ deſiderant, ut obſequiũ à liberis & patrimonijs exhibẽtur, à liberis ſummatim animaduerſa pronunciare poterit. Parũ aũt obſequentes patronis ſuis libertos, cũ uerbis paulò atrocioribus exterreat, tũ etiam fuſtiũ caſtigatione coerceat, abſq; iudicio ſapientis, ac fori ſtrepitu. Nõ habentibus aũt aduocatũ ob inopiã, ſeu aduerſarij potentiã, ultro exhibeat, ac denique

† aliâs q;.

† Xenijs legẽdum erit, nam ſic in Pãdect. quoq; legitur, unde hæc ſunt tranſcripta. Quãq̃ & ibi corruptæ pro xenijs exenijs paſſim uulgus iure conſultorũ legat.

L. 10 lex de officio proconsulis

Merum imperium.

uniuersa expediat, quæ mero (ut aiunt) imperio aßignari solent. Id enim significat gladij potestatē in facinorosos, seruosq; animaduertendi. Sed quoniā negociorū prouincialiū multitudinē, per se ipsum obire proconsulem difficile est, legatū procōsules habere solent, de cuius officio pauca uidenda sunt.

De legatis proconsulum, Cap. XII.

Solent proconsules ob rerum gerendarum multitudinē, in prouincia legatos statuere, qui non propria, sed mandata iurisditione utuntur, quos prius etiam, q̃ in prouinciam peruenerint, sibi substituere nō possunt. Si quid aūt legato occurrat, cuius rei grauitas exactiorem diligentiam exigat, ad proconsulem remittere legatus debet. Neq; enim animaduertendi, coercendi, seu atrociter uerberandi legato licentia est. Iudices tamen litigantibus, tutores etiam pupillis dare potest, custodiarumq;, quæ per prouinciam dispositæ sunt in stationibus, procōsul legatā cognitionē cōmendare, nec priusq̃ è prouincia proconsul discedat, legatum dimittere consueuit. Et si diē suum obierit in prouincia, proconsul ita demum sibi mandata negotia exiget, ac si res integra non inueniatur. Si uero abeße à prouintia proconsulem fortaße contigerit, causas etiam quæ animaduersionem exigant, delegabit.

In pandectis legitur, legatus ius habet.

De ædilibus plebis, Cap. XIII.

AEdilitatē plebeiā pro uetustißimo magistratu habeo, & utrū ædiles ante tri. pl. creari cœperint

rint ambigo, memor q exactis regibus ad secessionem plebis in Sacro monte factam, maxima qdem pars populi Ro. tãto tẽpore absq; aliquo in repub. magistratu à quo tueretur, extiterit. Quin apud Liuium haud multo post Tr. Pl. creatos pestilenti quodã tẽpore cũ & consul alter obisset, alter uero ægram animam traheret, apud ædiles plebeios, & consularem, & tribunitiam potestatem, & tandem totius reip. summam redisse constat. Non quod illos tunc primum creari cœptos appareat, sed quod longe antea creatos esse potuisse fidele sit. Crescentibus autem plebeis opibus, ita ut etiam dictatores ac põtifices, de suo quoq; corpore præstarent, atq, patres multoties à plebe uicti, duos ædiles plebeios à patribus creandos peruicerunt. Nam cum ædilibus ludos faciendos, solẽnesq; pro ordinibus in cõcordiam redactis dies, in fastis referendos mandarent, negarentq; se id esse facturos, ædiles plebis cõclamatũ esse à iuuenibus patritijs dicitur, se id honoris deorum immortaliũ causa libenter acturos, ut ædiles fierent, qbus cũ ab uniuersis gratiæ actæ essent, Senatusconsultum factũ est, ut duos uiros ex patribus, q ædiles forẽt, dictator populũ rogaret, patres comitijs authores forent. Duo ergo patritij ædiles creati sunt Cn. Quintius Capitolinus, & P. Cornelius Scipio. Sed duos tãdẽ ædiles creatos alios à Iulio Cæsare, q quoniam frumento præessent Cæreales appellati sunt. Apud idoneos inuenio authores, ædiles à sacrarũ ædiũ quã gerebant

Cæreales diles.

urules. cura, appellatos esse. Curules uero ij q ex patribus cre ati sunt, quoniam sella curuli ueherentur, cognominati sunt. Plebei uero & curules iã adeo manifesto cogno mine sunt, ut interpretatione non egeant nostra. Lu dos instituere quauis causa, qbus ue in spectaculis fierẽt ad ædiliũ partes pertinet. Id etiã erat haud leue ædilita tis munus, ut sua qsq; ædilis factus impensa, ludos pro modo patrimonij, ac dignitatis suæ celebrandos pro curaret: cuius instituti M. Cic. in ijs libris, quos de offi cijs inscripsit, cũ de sua, & Magni Pompeij ædilitate meminit, locuples testis est. Asconius autem Pedianus

Aedilium mu nera. Pompeiũ ædilẽ creatum, theatrum, quod sua impensa ædificauerat, magnificẽtißimis ludis, in quibus currus cum elephantis induxerit, dedicasse ait. Id etiam in ar gumẽtis comœdiarũ, qbus nomina ædiliũ, q ludis præ fuerant, adscripta sunt, facile est animaduertere. Loco rum autem discretio, & cuilibet ordini pro dignitate aßignatio, ædiliũ muneris est. Val. Max. scripsit At tilium Scranum, et L. Scriboniũ ædiles, senatus, ac ple bis loca secreuisse. Quod si seruum quispiam, aut iumẽ tum morbosum, aut uitiosum, pro integro sanoq; uen diderit, edicto ædilium emptori succurreretur. Quod uero cloacæ publicæ, & aquæ ductus, cæteraq; ædifi cia lauta, munda, integraq;, & expedita asseruarentur ædilium officium est, Deniq; quicquid rerum uitiosa rum pro syncero, fractum pro integro usq̃ uenisset, æ dilitio edicto redhiberi solet.

DE

DE DECEMVIRIS LEGVM FErendarum causa creatis. Cap. XIIII.

DEcemuiris summam potestatẽ ineuntibus, magistratus omnes qui remp. agebant, exoluere fas erat, quibus creandis hoc in causa fuisse perhibetur. Plebe enim quotidianis seditionibus, tũ ob creandos de plebe magistratus, tum ad ferendam legem de soluendo à nexibus fœneratorum, sæpe etiam de connubio, ut inire liceret plebi cum patribus, nonnunquam ob ferendam legem agrariam, diuina simul humanaq; omnia miscente, & tandem communes quasdã leges ferri petente, ne quis esset inuidiæ locus, leges extraneas accersiri placuit. Mißi ergo tres Athenas sunt legati, qui inclytas leges Solonis scriptas ferrent, iura etiam, & mores aliarum ciuitatũ noscerẽt. Ii fuere SP. Posthumius Albus, A. Manlius, et. P. Sulpitius Camerinus. Legati igitur anno tertio postquam recesserãt, leges scriptas referunt pro quibus sanè censendis, promulgandis, centuriatis comitijs (quod, ut sanctiores essent, fieri oportebat) decemuiros creant, qui suo arbitratu leges promulgarent. Ii fuere App. Claudius, T. Genutius, Pu. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, Au. Manlius, P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Posthumius. Placuitq; ne ab horũ potestate eßet prouocatio. Penes uero alterũ, ut sors foret, quo usq; oẽm numerum peruasißent, certis diebus lectores forent. Eodem ergo anno decem tabulas edunt, potestatem

Referuntur hæc à Liuio libro. 3.

inſpiãdi omnibus faciunt, edicunt, agitent ſecum oẽs, & ſi quid emendari, ſuppleri, minui ue opus eſſe cenſeant, omnium ſententias æquo animo eſſe audituros.

Decẽ tabulæ.

Poſtq̃ ſatis emẽdata eſſe apparuit, decẽ tabulis ſcriptas leges centuriatis comitijs proferunt, ac ſimul ſe magiſtratu abdicant. Cũ uero rumor percrebuiſſet, duabus alijs tabulis ius populi Ro. plenũ ac ſolutum fore, iterum habitis comitijs alij decẽuiri ſubrogati ſunt. Tũ Appius, cui comitia habere datũ fuerat, ſeſe contra ius faſq; decẽuirũ creat. Collegæ fuere M. Cornelius Maluginẽſis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius † Vigilianus, Q. Petilius, T. Antonius Merenda, Ceſo Duilius, Sp. Opius Cornicen, M. Robuleius. Operæpretium eſt audire, q̃ ij decemuiri per ſpem, ac libidinẽ dominandi, omnem reipublicæ ſpeciẽ Idibus Maijs, quo iniere magiſtratum, cum duodenis ſinguli faſcibus forum compleuere. Neq; enim ad rem pertinere deni ſecures, quãdo abſq; prouocatione creati eſſent, interpretabantur. Decem ergo, regum inſtar, primo cõſpectu præbuiſſe ferunt. Incredibile eſt enim quantum ea res urbi terrorẽ iniecerit. Neq; ſuus urbem fefellit timor. Primum cum abſtinere à patribus cœpiſſent, in humiliores crudelitatẽ libidinemq; exercebant. Hominum, non cauſarum tot erãt, ut apud eos gratia potius quàm æqua ui iuditia haberent. Domi contrahebant, pronũciabant in foro. Si quis collegam appellaſſet, ab eo quẽ appellauiſſet, ita diſcedebat, ut pœniteret primo decre

† alias Vibulanus.

to non stetiße. Opinio etiam fuit, fœdus clam inter eos iureiurãdo dictum, ne comitia haberent, perpetuoque decẽuiratus possessum semel obtinerẽt imperiũ. Hac cõditione iam maior anni pars processerat, & duæ tabulæ ad decẽ adiectæ fuerant, nec quicquam aliud supererat, nisi ut centuriatis comitijs proferrẽtur. Hoc peracto cum laberetur annus, nullaq; comitiorũ mentio haberetur, & quamuis anni factos exactione priuatos plebs obstreperet, ac libertatem penitus amissam conquereretur, eo illi nihilo communiore facta, hac petulantia abutebantur. Sed hos urbanos strepitus nunciatum bellũ à Sabinis, Equisue impendere paululũ interrupit. Habito enim delectu decemuiri, armato exercitu in bellũ prodeunt. Dum bellum uario euẽtu geritur, App. Claudius decemuir, qui gerendis rebus urbanis remanserat, plebeiæ uirginis, cuius amore deflagrabat stuprandæ consilium capit. Pater eius L. Virginius, q tũ honestum ordinẽ in castris ducebat, Icilio cuidam tribunitio uiro, puellã desponderat. Hãc uirginem forma egregiã cũ Appius prece, et pretio tẽtasset pellicere, parũq; sibi succedere cuncta cerneret, aĩm ad crudelitatẽ superbiamq; cõuertit. M. Claudio clienti negotiũ dat, ut coràm se pro tribunali sedente, puellã in seruitutẽ asserat. Cæteros omnes q libertatẽ aßerẽt reiecturum promittit. Oportunitatẽ ergo nactus M. Claudius libidinis minister, transeunti per forum puellæ sceleratas manus iniciat, seruã suã, seruaq; natam appellãs

Decẽuirorũ tyrannis.

App. Claudij libidinis exẽplum.

appellans, ac sequi se puellam iubet, cunctantē ui abstracturus esse uidebatur. Cū ad clamorē ereptæ, nutriásq; fidē Quiritū implorantis, multitudinis concursus factus esset, iamq; ui tuta esse uideretur, tum Claudius nihil opus esse tumultu ait, se iure graßari, si non crederent, ad tribunal sequeretur. Cum ad tribunal uentum est, prætor apud argumenti authorem agit, puellam domi suæ natam, furtoque subtractam, in domo Virginij pro filia esse suppositam. Interim dominū ancillā sequi, quod ita æquitas dictaret, interloqueretur. Cōposuerat ita se facturū App. Claudius, ne sine causæ cognitione pronūciare in seruitutem uideretur. Tūc aduocatis puellæ intercedentibus, patrem reipub. causa abesse, iniquum de liberis absentibus agi, cæteráq; huiusmodi allegātibus, Icilius uir, et Numitorius auus superueniunt. Icilium aūt, ut erat uir acer, multa intrepide uociferantem, Appius per lictorem summoueri iussit. Sed cum ille constantissimo animo resistere pergeret, ac multitudinis cōcursus ingens fieret, Appius, ne exortus tumultus nouandi res occasionem faceret, dari iussit. Interea patrem accersunt nuncij, aduolat in urbem pater, ac prima luce sordidatus, filiā solita ueste, cū aliquot matronis secū in forū ducit. Vociferat opē ferant, lamentatione & querelis omnia implet. Idem Icilius, idem puella ac matronæ faciunt. Aduersus hæc omnia Appius obstinato animo tribunal ascendit, uindicias

diõas secundũ seruitutẽ decreuit, quod decretũ cũ ingentẽ admirationem incußiſſet, ac M. Claudius iret ad comprehendendã uirginẽ, tunc pater intentãs in Appiũ manus, Icilio inquit, nõ tibi Appi filiã meã despondi, ad nuptias, nõ ad ſtuprũ educaui, ſed quæſo patrio dolori ignoſcas, ſi qd ſum in te inuectus uehementius. Sinas ergo corã uirgine me nutricẽ percunctari, falſo pater ſim, ut re comperta, æquiore hinc aĩo diſcedã. Seductã ergo filiã percunctandi prætextu, rapto è tabernaculo lanij cultro, filiã interemit. Quid multa? Rei indignitate pariter oẽs commoti in forũ concurrũt. Appius aũt ut tumultuari cœptũ uidet, ut uitæ conſuleret, obuoluto capite effugit. Plebs ergo recuperandæ libertatis occaſionẽ nacta, arreptis armis, duce Virginio in Auentinũ ſecedit. Nec minus Icilius in caſtris, militũ concitat multitudinẽ, plebiſq; urbanæ exemplo decem tribunos militares creauit, ingentiq; cũ exercitu ad urbẽ accedũt, alteri ſe exercitui coniungũt. Hoc peracto, armata plebs ſecedere ſtatuit. Eo ergo quicũq; per ætatẽ, ualetudinẽq; potuerũt, cũ uxoribus, liberiſq; peruenere. His tantis motibus perculſi decemuiri, ſenatũ frequentẽ fieri iubent. Rogãt quid è repub. fore cenſent edicere. Demũ cũ multa ultro citroq; in ſenatu agitata eſſent, ac pleriq; ſenatores intrepide decemuiros oratione caſtigaſſent, decẽ Tarquinios appellantes, decem uiri tandẽ futuros ſe in poteſtate patrũ affirmarunt, modo ſeſe ab iniuria tuerentur, ac ſimul legatos mitte- Decẽ Tarquinij.

re ad res componendas statuunt. Mißi ergo legati M. Oratius, & L. Valerius probatißimæ extimationis uiri, de conditione pacis cũ plebe agunt. Petebat autẽ plebs inter conditiones pacis, ad suppliciũ decemuiros, quod legati primũ compositis orationibus dissuaserũt plebi. Contenta igitur plebs fuit, ut sui sibi tribuni restituerentur, & ut consueuerãt, rediretur ad consules. Interim abdicãt se magistratu decemuiri. Comitia consulibus, tribunisq; creandis habentur. Hoc pacto creatis, exactisq; decemuiris, ad prioris formam regiminis reditũ est.

Decemuiri exacti.

De Præfecto annonæ. Cap. XV.

QVoniã de potestatibus agitur, ratio etiã admonet, ut de præfecto annonæ extra ordinẽ tũc creari solito nonnihil adijciã. De quo sanè magistratu nihil antea reperi, q̃ Appio Claudio, & P. Seruilio consulibus, eo quoq; anno, quo Tarquinius Superbus apud Aristodemũ tyrannũ mortuus est. Tũ inter consules orta contentio dicitur, de dedicatione ædis Mercurij, quæ sanè hac conditione sopita est, quod uter dedicaret Mercurij ædẽ, is quidẽ annonæ præesset. Populus dedicationẽ dedit M. † Plætorio primipilo, non tam ob hoĩs meritũ, q̃ ob ignominiã consulũ, haud probe in magistratu obseruatorũ. Cæterũ ut hoc apud Liuiũ nõ mihi planũ usquequaq; apparet, credo errore scribentiũ, ita de L. Minutio præfecto annonæ, haud multo tempore post, usquequaq; manifestũ est. Huius

Tarquinij mors

† Alias Lectorio.

Liuij locus li. 4.

magistra

magistratus difficili tempore, & caritate annonæ usus potißimũ, atq; opera exigebatur. Frumentum undiq; coemendum, & si quis ultra proprios usus poßideret, in medium ponendum curabat, aduehi undiq;, & aduectum isto precio uenire nitebatur. Cuius ope magistratus egregia Populo Rom. penuria laboranti sæpe opera nauata est. Eam potestatem de qua agimus cum Magnus ille Pompeius ageret, atq; è Sicilia cum magna ui frumenti soluere pergeret, ac gubernatores classis non se committendos maxime sæuienti pelago dicerent, illam saluberrimã reipub. uocem dedisse editur. Nauigare enim, inquit, necesse esse, uiuere necesse non esse. Tantus præterea annonæ huius causa fauor, autoritasq; accesit, ut quæ alioquin personæ ad accusationem minus idoneæ essent, hac tamen in causa admitterentur, huiusmodi sunt mulieres infames, & quæ sunt eius generis quo nos etiã utimur. Sed de præfecto annonæ satis dictum est.

Pompeij cordatißimum dictum.

De tribunis militũ, et consulari potestate. Cap. XVI.

CRebris quidẽ secesionibus plebis à patribus, q̃ bus consules de suo quoq; corpore creari peteret, externis etiã bellis ingruentibus, plebeq; ipsa delectũ pati negante, coacti tandẽ patres sunt, ut aut ciuibus, aut hostibus de uictoria concederẽt. Ab eorũ sententijs, q̃ tribunos plebis cæde uiolandos putarent, quos fœdere cũ plebe icto, sacrosanctos haberẽt, primores patrum abhorrebãt, per hæc consilia eo res

deducta

deducta est, ut rogatione Camilli, tribunos militũ, q ꝑ consulibus eßet, tã ex plebe, q̃ ex patribus promiscue creari patres sinerẽt, de consulibus nihil immutaretur. Tres ergo tribuni consulari potestate, q militares appellarentur, creati sunt, iiq́; constituti sunt uario numero. Interdũ enĩ uiginti fuerũt, interdũ plures, nonnũq̃ pauciores, sed de superioribus tantũ tribus hi fuerũt, Au. Sempronius Atracinus, L. Attilius, & T. Cecilius patritij oẽs. Plebs enĩ eo duntaxat contenta fuit, quod eius ratio habita esse uideretur. Tũc igitur primo à consulibus ad tribunos militares, consulari potestate uentũ est, M. Genutio, & P. Curiatio consulatu abeuntibus, penes quẽ sanè magistratũ (ut ipsum nomen indicat) eadẽ quæ apud consules, potestas erat collata, nominibus tantũ immutatis, ac plebis ratione habita.

Apud Liuiũ unde hæc de sumpta sunt, lege T. Cecilium.

DE CENSORIBVS. Cap. XVII.

CVm ob multa et uaria bella, ciuilesq́; seditiones, Romæ pluribus annis populus incensus mansisset, neq́; esset lustrũ aliquod de more conditũ, neq́; diffiniri census posset, neue consulibus cũ multum bellorũ immineret, id negotij operæpreciũ esset, mentio inita est à senatu, rẽ uidelicet operosam, & minime consularẽ proprio magistratu indigere, cui scribarũ ministeriũ, custodiæq́;, et tabularũ cura, arbitriũ, formulæq́; censendæ subijcerentur. Tũ duo censores creati sunt, Papyrius, et Sempronius, censuiq́; habendo præfecti, ab eaq́; re censores appellati, M, Geganio Macerino, &

rino, et T. Quintio Capitolino consulibus. Institutũq; ut quinquennio is magistratus perduraret, quod tandẽ tempus ob censorũ insolentiã immutatũ est, ad annumq; redactũ A. Mamertio Aemylio dictatore, Iulio Virgilio, M. Appio consulibus. Mirum quippe dictu est quanto censuræ initiũ parua re ortum incremento adauctũ extiterit. Eo quippe peruenit, ut morũ, disciplinæq; Ro. senatus, equitumq; regimẽ, decoris, dedecorisq; discrimẽ sub eius ditione magistratus, priuatorũ ius, publicorũq; locorũ uectigalia Po. Ro. reposita essent in senatũ allegare. Senatus principẽ describere, censum agere, lustrum condere, equos adimere. Quos aũt putassent parũ dignos, senatu amouere, ut fecisse fertur C. Fabritius, q censor. P. Corneliũ Ruffinũ patritiũ uirũ senatu amouit, quod decẽ pondo argenti facti, pro conuiuio apposuisset. M. autẽ Cato censor C. Flaminij fratrẽ senatu eieat, quod exoratus à scorto, ut aliquẽ ex ijs, q in uinculis erãt, (obtinebat enĩ proconsulari imperio Galliã) securi percuteret, obtemperauit. Quid dicã, q̃ leuissimis de causis censoriã inurere notã consueuerũt? Nimis corpulentis militibus, unguentoq; nitidis, equis ademptis ignominiaq; notatis exercitu dimisere. Equiti Romano nimiũ compto, splẽdidoq; equũ strigosum, & uix hærentẽ pellẽ ossibus habenti, cũ obequitantes urbẽ censores uenissẽt obuiã, percunctantibus, ut quid ipse tam ruber, & comptus, equus tam macilentus, & squallore obsitus esset. Hic *Censorũ autoritas.*

eques

eques Ro. quoniã, inquit, ipse me curo, equũ uero Statius meus seruus. Visum est id parũ reuerẽs responsum atq; ob id ignominia à censoribus notatus est. Ciuem Ro. qui altius oscitauisset in auditorio censorũ, ignominiæ nota affecerunt. Sed cũ id resciissent, nõ incontinentia, sed ualitudine factũ esse, illico restituere. Cũ celebratione quorundã sponsaliorũ interessent, uirumq; num uxorẽ ex animi sui sententia haberet, de more interrogassent, illeq; ex parentibus nõ aũt ex animi sui sententia se habere responderet, euestigio labe ignominiæ conuulsus est. Magnopere enĩ ab eorũ maiestate alienum esse rati sunt, quod in conspectu censoriæ seueritatis, leuiculus homo adeo ridiculose fuisset cachinatus. Multa in hoc genere dici possent, sed omittenda sunt. Illud aũt nõ est prætermittendũ, quod altero ex censoribus morte subducto, alterũ in demortui locũ sufficiẽ religio fuit. Itaq; reliquũ abdicari se magistratu, ut duo de integro censores crearẽtur, institutũ est. Id enĩ huic obseruationi causam dedit, quod eo anno, quo Galli Romã cœperũt, altero ex censoribus mortuo, alter quidẽ in demortui loco fuerit substitutus. Omen ergo uisum est, et ꝑ lege perpetuo, ne id amplius fieret, obseruatũ est. censores uero cũ præterq̃ ex patribus creari aliquã nefas fuerit, id quoq; ut cætera immutatũ est, atq; indifferenter fieri cœptũ. Illud etiã censoribus negocium datũ est, ne in fœnore modus excederetur.

De Triumuiris coloniæ deducendæ. Cap. XVIII.

Ariãu,

ARiani, atq; Ardeates cũ de ambiguo agro sæpe bello certassent, multis inuicē cladibus fessi po. tandē Ro. ea de re iudicē constituere. Cũ ergo utriusq; ciuitatis legati oratũ causam uenissent, concilio populi à magistratibus dato, magna contentione actũ est. Iamq; editis testibus, cũ tribus uocari, et populũ inire suffragiũ oporteret, consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu. Et si licet inquit, consules de repu. dicere, errare ego populũ in hac causa nõ patiar. Sed cũ quasi uanũ, & delirũ reijcerēt consules, audiendũq; prorsus negarēt, pergentē uociferare publicã causam prodi, per lictorē submouere iusserunt. Hic ille tribunos appellat, ad eos admissus, tertiũ, & nonagesimũ se annũ agere inquit, eũ agrũ, de quo duo populi ambigãt, tenere memoria fixũ, neutrius populi, sed Coriolanorũ fuisse, atq; eo se tempore militasse, captis Coriolanis, is ager iure belli Po. Ro. factus esset, proinde se magnopere suadere po. ne inutili pudore causam suam damnaret. Mouit non tam hominis autoritas, q̃ commoditas, usUsq; agri, tantũq; tribunitia potestas ualuit ei, ut cũ hac de re latũ esset ad populũ, lex de agro Po. Ro. adiudicando promulgaretur. Id sanè factum maxime dehonestauit maiestatē po. Ro. multũq; apud finitimas ciuitates infamiæ, dedecorisq; contraxit. Quamobrē, cũ id ægre ferre patres, ac nõ multo post iudiciũ de Ardeatibus egregie pro auxilio illis aduersus Volscos allato meriti essent, cũ tantã infamē iudicij notã,

Liuius hæc tradit sub finē lib. 3.

notã, prorsus ex animis delere cuperẽt, senatusconsultũ fecerũt, quoniã ciuitas Ardeatũ intestino tumultu ad paucos redacta uideretur, coloni eo præsidij causa aduersus Volscos scriberentur. Id cũ latũ ad populũ esset, placuissetq; multo plures Rutulos q̃ Romanos colonos ascribendos, priusq̃ is ager, q infami iudicio interceptus erat, q̃ alterius agri gleba aßignaretur, ut alicui quã oĩbus Rutulis eo tandẽ pacto Ardeatas reuersus est. Triumuiros igitur deducendæ coloniæ creant. Agrippã Meneniũ, T. † Ciuiliũ Siculũ, & M. Ebutiũ Heluã, nec abnuerim hũc magistratũ alias à maioribus Romanorũ creari potuisse. Cæterũ ab insignio ratione, et ingenti Po. Ro. potestate excrdiri nõ piguit. Pertinebat uero ad huius magistratus officiũ, ut et agros nouis colonis diuiderẽt, urbes designarẽt, ædificare uolentibus areas partirentur, commodis regionibus ciuitatẽ distinguerẽt, legibus magistratibus sisterẽt et ad speciẽ optimi tabernaculi rempublicã effingerẽt.

† Cluiliũ Siculũ aliâs.

De Prætoribus, Cap. XIX.

CVm crebris ac diuturnis certaminibus, uicti tandẽ à plebe patres, ex consulibus alterũ ex plebe creandũ concesßissent, id sibi uoluntate plebis pro aperto ad consulatũ aditu arrogauere, ut unicus magistratus crearetur ex patribus, isq; à præessendo prætor appellaretur, q tandẽ eo quod inter urbanos ius diceret urbanus appellatus est. Penes hũc uero magistratũ adeo oĩs publici, priuatiq; iuris potestas fuit, ut nouũ

ius con-

ius condere, & uetera abrogare, facultas esset. Tantũ uero postmodũ aucta est prætoris autoritas, ut quod prætor ipse dixisset, ob ipsius honorẽ ius honorariũ uocaretur. Prætori regia insignia, consularesq; fermè apparatus, lictores uero nõ amplius sex, sella curulis, & trabea, cæteraq; huiusmodi tradita sunt. Ac quanuis sex numero lictoribus uti concessũ prætoribus esset, Paulo quidẽ Aemylio prætori in Iberiã contendenti (ut ait Plutarchus) duodecim adhibitos lictores comperi. Equis albis, trabea candida utebatur prætor. Niuei ad frena Quirites submmistrabãt, ut ait Iuuenalis Demũ cũ undiq; peregrinorũ multitudo in urbẽ conflueret, neq; unus prætor turbæ causarũ sufficere posset, alter prætor creatus est, qui quoniã inter peregrinos cognoscebat, peregrinus appellatus est. Crescente uero imperio, tantũ postmodũ amplificatus est numerus, ut .10. & octo prætores aliqñ in urbe ius dicerẽt. Et quia magistratus uespertinis tpibus in publico esse inconueniẽs erat, quinq; uiri constituti sunt citra Tyberim, & ultra Tyberim, qui poßint pro magistratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, itẽ Hispania, deinde Narbonensi prouincia, totidẽ prætores quot prouinciæ in ditionẽ uenerãt, creati sunt, partim q urbanis rebus, partim q ꝓuincialibus præeßẽt. Deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit, ueluti de falso, de parricidio, de sicarijs, ac prætores quatuor adiecit. Caius Iulius Cæsar duos prætores, et duos

Ius honorarium.

Peregrinus prætor.

ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales, constituit. Ita duodecim prætores, sex ædiles sunt creati. Deinde diuus Augustus sexdecim prætores constituit. Post diuus Claudius duos adiecit prætores, q de fidei commißis ius dicerēt, ex quibus unū diuus Tiberius detraxit, & adiecit unum diuus Nerua, qui inter fiscū, & priuatos ius diceret. Ita. 10. & octo prætores in ciuitate ius dicūt. Et hæc oīa quoties Romæ sunt magistratus, obseruantur, quoties aūt ꝓficiscuntur, unus relinquitur, qui ius dicat, isq́; uocatur præfectus urbis qui præfectus olim constituebatur. Postea uero alius Latinarū feriarū introductus est, qui quotannis uacantibus cæteris magistratibus creari instituerit. Quibus omnibus cū plurimi ingruentiū bellorū usus exegissent, eorundē administrationes mandari consueuere, excepto præfecto urbi, in ciuitate remanente.

Diuus Tiberius.

Præfectus urbis.

Latinarū feriarum præfectus

De quinq́; uiris mensarijs. Cap. XX.

CVm improbitate fœneratorū, plebs Ro. magnitudine æris alieni penè obruta esse uideretur eiq́; difficultati principes plebis succurrendū sæpenumero tentassent, inclinatis tandē ad concordiam oīm animis, q tū consules erāt, funebrē quoq́; rē, quod destinari in animis hoīm uidebatur leuari aggreßi, solutionē æris alieni in publicā curā uerterunt. Quinq́; ergo uiri creati sunt, quos à dispensatione pecuniæ, mensarios appellarūt, quod insigni æquitate, diligentiaq́; meriti sunt, ut per oīm annalium monumenta celebres

Mensarij.

noībus

hoībus essent, hi ergo fuerūt C. Duellius, P. Decimus M. Papyrius. Q. Pompilius, T. Aemylius, q rē porrò difficillimā tractantes, plerunq; parti utriq; semper grauē, cū alia moderatione, tū impendio magis publico q̄ iacturā sustinuerūt. Tarde enī oīa, & impeditiora quod facultatibus ad ærariū mißis suppeteret, ære in foro posito dissoluerunt, ut non modo sine iniuria, sed etiā sine querimonia partis utriusq;, exhausta uis ingens æris alieni sit.

De triumuiris reipub. constituendæ. Cap. XXI.

SI triumuiratus reip. constituendæ originē quæris ante ipsum quē Cæsar Augustus cū Antonio & M. Lepido geßit, alter nullus apud Romanos ꝓdidisse memoratur. Ego aūt de eo ipso nusq̄ præterea offendisse memini, utrū potestatibus annumerandū cen suerim, haud satis scio. Quippe ꝗ eas potestates, quas iniussu, præterq; senatus autoritatē quisq;, nō dicā sortitus fuerit, sed per libidinē dominandi arripuerit, tyrannides potius, q̄ potestates, seu magistratus, appellandos duxerim. Vtcunq; se res habeat, illud facile animaduerti potest, Iulio Cæsare in senatu ab ijs qui cum Bruto, & Caßio erant, occiso, mox Antonium, cum studia omnia ad componendam rempub. contulisse uideretur, principem ciuitatis euasisse. Confestim uero dominandi libidine, eiectum Ciceronem, Brutum, cæterosq; qui factioni eius aduersabantur, urbe excedere coegisse. Octauiano autem, qui testamento Cæsaris Antonij tyrannis.

 hæres

hæres scriptus fuerat, ex Asia reuerso, Cicero, ac cæteri, q eius factioni obtrectabantur, ad Octauiani potentiã confugerũt, ex quo factũ est, ut Antonius urbe migrare adactus, hostis à senatu iudicaretur, ad quẽ opprimendũ Hircius, & Pansa consules missi, Augustusq; cũ fascibus Antoniũ apud Mutinã adepti fuerunt, fugaueruntq;. Desperatis ergo rebus, Antonius supplex ad M. Lepidum confugit, cuius potentia fretus, Octauianũ, qui æque animũ ad dominationẽ intenderat, ad fœdus, societatemq; pellexit, illã uidelicet societatẽ, qua homicidijs in permutationẽ uenisse dicuntur. Inter quos ad cædẽ destinatos, Cæsar Ciceronẽ pro L. Cæsare auunculo M. Antonij, eidẽ concessit. Igitur tyrãnidẽ prætextu pio magistratus palliare pergentes, sese Triumuiros reip. constituendæ appellauere, quorũ nutui, & auspicijs oĩs resp. niteretur. Cæterũ eorũ animos quorsum inclinarẽt, mox ipse euentus rerum ostendit, oẽs diuinas, humanasq; res commiscẽs. Omnibus enĩ intra se opibus consumptis, ad extremũ unus Cæsar potitus, q et ipse oĩbus cæteris superstes, ipsum de quo loquor, triumuiratũ annos circiter. 10. ut Suetonius Tranquillus refert, obtinuit.

De præfecto prætorio. Cap. XXII.

Transcripta ex pandectis de of. præf. præt.

QVales apud reges tribuni Celerũ equitũ, siue apud dictatores magistri equitũ, tales demũ fuere præfecti prætorio apud Cæsares. Nã cũ secundas post Cæsarẽ partes gestarẽt, præessentq;

disciplinæ

disciplinæ publicæ emendãdæ, adeo à paruis orta principijs creuit autoritas, ut cũ aliquo tempore à præfectis prætorijs ꝓuocare liceret, extarentq; exempla maiorũ, quo pacto ab ijs prouocassent, lecta postmodum principis sententia, à præfecto prætorio ꝓuocatio sublata est. Credidit enĩ princeps eos qui ob singularẽ industriã, fide illorũ, atq; integritate explorata, ad huius potestatis amplitudinẽ adhiberentur, nõ aliter pro sapientia, ac splendore dignitatis suæ, q̃ eundẽ fore iudicaturos. Alio etiã priuilegio huiusmodi potestas subnixa est, ne ab eorũ sententijs minores ætate (ut ab aliorũ magistratuũ) restitui possent.

DE QVIBVSDAM MINORIBVS Magistratuum speciebus. Cap. XXIII.

ALterã magistratus speciẽ in urbe Roma, ius aliquando dixisse reperi. Nã cũ bellorũ munera cæteris magistratibus nõ sufficientibus ad prætorẽ deferrentur, quorum munus administratio iuris præcipuũ fuit, creati. 10. uiri sunt qui ius in urbe dicerent, prætorumq; partes eo tempore gererent, litium iudicandarũ appellati. Eo tempore quatuor uiri creati dicuntur, qui uiarũ curã agerẽt. Ac tres monetales auri, argentiq; flatores, quorũ esset, diligentia numismata, auro, argentoq; fabricari.

De præfecto urbis et uigiliũ. Cap. XXIIII.

DIuus Augustus salutẽ publicã nullius alterius, q̃ suæ diligentiæ congruere existimãs, coercen

dorũ incendiorũ causa, septẽ cohortes opportunis urbis locis disposuit, ita ut binas urbis regiones unaquæq; cohors præsidio tutaretur, tribunis & super oẽs clarißimo uiro præfecto uigilũ præpositis. Et licet apud ueteres Ro. triumuiris nocturnis, ædilibus, tribunisq; id negocij quandoq; esset aßignatũ, pluribus eodẽ die exortis incendijs, quibus accurrere, satisq; facere non posse eos appareret, creare præfectũ uigilũ Aug. Cæsar in aĩm induxit. De incensoribus ergo, effractoribus, furibus, raptoribus apud præfectũ uigilũ cognitio est, nisi si quæ tã atrox, tã famosa pſona sit, ut ad præfectum urbi remittenda uideatur. Et quoniã incendia plerunq; culpa exoriuntur inhabitantiũ, aut fustibus castigat eos, qui negligentius ignẽ habuerũt, aut seuera obiurgatione comminatur, fustiũ castigationẽ remittit. Cũ effracturæ in horreis (ut plerũq; fit) insulisq;, ubi preciosarũ rerũ suarũ partes, patres familiarũ seruãt, apparuerint. Si quando cella, uel armariũ effringatur, effractorũ sæpe, nonnunq̃ etiã custodũ quæstiones apud hunc magistratum exercentur. Et ita diuus † Augustus Erithio claro præfecto rescripsit. Ait enĩ effractis horreis de ea re ad illum ipsum pertinere. Sciendum autem præfectum uigilum ad plurimam noctẽ uigilare oportere, coerrareq; calciatum cum armis, & dolabris, curamq; omnes inquilinos agere admonendi, ne per colonorum negligentiam, incendiorũ casus exoriantur. Quinetiã inquilinus ut quisq; aquã in cœnaculo

† aliâs Antonius.

culo habeat qua igneo terrore ingruente, præsto occurrere posse censeatur. Aduersus capsarios aut, qui mercede seruanda in balneis uestimenta suscipiunt, iudex quoq; constitutus est, ut si quid in seruandis uestimentis admissum fuerit, ipse idē de quo loquor, magistratus quæstionē exercebit.

De duumuiris claßis restituendæ, & quibusdā paruis magistratibus. Cap. XXV.

DVumuiros claßi restituendæ, ut pote haud magni momenti magistratū, omissurus uidebar, nisi quod Liuio placet minime prætereundū uisum. Anno enim quo Appius Claudius, is cui postea Cæco cognomentū fuit, censurā geßit, M. Valerio, & P. Decio consulibus, duo imperia, ut ait Liuius, dari p populū cœpta sunt, utraq; ad rempub. ptinentia, unū ut tribuni militū senideni in quatuor legiones crearentur, quæ ante perq̄paucis populi suffragio relictis, consulū & dictatorū fuerāt beneficia. Tulere eam rogationē tribuni plebæi L. Attilius, & C. Martius. Alterū imperiū fuit, ut duumuiros claßis ornandæ, reficiendæq; causa idē populus iuberet. Tulit hoc plebiscitū M. Decius tribunus ple. Haud multo tpe post huiusmodi rogationes, triumuiri nocturni creati sunt, quibus (ut existimatione deducor) ut difficili bellorum, & ciuiliū seditionū tempore, muris, custodiæq; per milites stationarios mitterentur. Id etiā eorum curæ iniunctum est, ut & nocturnas seditiones à quibus arcerēt,

& quies urbi conseruaretur. Huius sanè partes magistratus, in officiũ præfecti uigilũ demũ traductæ sunt. Enimuero horũ magistratuũ nominarẽ fermẽ ipsam, cui addicti essent, ficale ostendũt. Neq; Liuius ipse rei autor, hac in re amplius uerborũ facit, apud alios uero nulla prorsus mentio fit.

De procuratore Cæsaris. Cap. XXVI.

VLtimũ est, ut de procuratore Cæsaris (is enim est inter Cæsarẽ, & Ro. populũ constitutus iudex) pauca uideamus. Quanq̃ principalẽ celsitudinẽ, à qua legũ, senatusconsultorũ, magistratuumq; oĩm origo manat, moribus introductũ sit, legũ imperio, cui præest, nõ esse suppositã. Cæterũ quoniã maiorẽ se, à quo ius inter priuatũ ac rempu. decernatur, impoßibile inuentu sit, ipsumq; principẽ in propria causa iudicare, haud sanè æquũ esse uideatur, magistratũ creari placuit, cui inter se, priuatasq; personas, competẽs quidẽ esset iurisditio, qui sanè est appellatus procurator Cæsaris. Huic magistratui principalis totius rei licentia commissa est, ita ut quicqd ab eo negociorũ imperialiũ gestũ est, pinde habeatur ratũ, ac si ab ipso Cæsare fuerit pertractatũ. Sed si rem eius quasi propriã procurator tradat, nõ putant dominũ transferre. Tunc uero transfert, cũ negociũ gerẽs Cæsaris, ipsius consensu tradit. Denuq; si donationis, uenditionis, trãsactionis causa quid agat, nihil agitur. Non enĩ alienare rem Cæsaris, sed diligenter negotia Cæsaris obire,

procura

procuratori cæsaris iniunctum est. Id uero inprimis procuratori huic de quo agimus, adscriptum est, quod seruū Cæsaris hæredē institutū, adire hæreditatem iubet, & ea hæreditas imperatori acquiritur. Quin si Cæsar ipse hæres instituatur, si se procurator opulētæ hæreditati misceat, hæredē Cæsarem facit. Quod si ea bona, ex quibus princeps institutus est, soluendo non sunt, consulendum erit imperatori, ne quid perinde detrimenti patiatur. Hæredis enim instituti in adeundis, repudiandisue hæreditatibus, congruo tempore explorari uoluntas debuit. Deportādi huic magistratui facultas permissa non est. Sed de procuratore Cæsaris, cæterisq; omnibus Romanis potestatibus, quæ à principio urbis conditæ, usq; ad Augusti Cæsaris tēpora factæ, tractatæq; sunt, satis ad plenum diximus. Præsidis nomen generale est, eo quod & proconsules, & legati Cæsaris, & omnes prouincias regētes, licet senatores sint, præsides appellantur. Præses.

Studioso lectori.

DVm hæc excriberemus, cum alia ad manum erant exemplaria, tū illud etiā, quod à Io. Camerte uiro doctißimo concordantijs (ut uocant) historiarum ornatum est. Eas, quod laborem studiosorum apprime leuare uiderētur, adscribēdas hic curauimus, certi fore, ut & candidus quisq; lector operam nostrā boni consuleret, & Camertem debita per nos fraudatū esse gratia nemo cauillaretur. Bene uale.

Sumpta omnia ex secundo fastorum Ouidij. ibi: Tertia post. Iustinus li. 43. Liuius libro. 1. Plutarchus proble. 67. Val. Max. ti. primo. 2. ca. 18. Plura Tortellius in dictione lyceum.

In caput 2.

Diony. Haliear. li. 1. Vir. 8. Aene. uersu. 201. Ouidius. 1. fast. Ecce boues. Iusti. li. 43. Diodo. Siculus li. 5. Liuius lib. 1. Val. Max. in. 1. ca 2. Plinius iuni. ca. 34. Varro libro. 1. de lingua latina.

In caput 3.

Ex Aulo Gell. ca. 7. 6. Macrobius. 1. Satur. Plutarchus proble. 33. Lactantius. ca. 20. primi. Varro li. 1. de lingua latina. Plin. ca. 2. 18. historiæ naturalis. Eius festa quæ floralia dicuntur. 6. Nonas May celebrantur, ut. 5. fastorum scribit Ouidius.

In Caput 4.

Ex Cice. 2. de diui. Diony. li. 2. Liui. li. 1. Oui. circa fi. 4. Fast. Huc faciunt quæ scribit Stat. 3. Theb. ibi: Difficiles populi. Plutar. problema 71. 72. 77. 93. 99. Vale. Max. in principio secundi.

In Caput V.

Sumpta ex Gellio omnia ca. 15. li. 10. Plut. Proble. 42. & 48. Diony. li. 2. Liui. li. 1. plura de his. Var. li. primo de lingua latina.

In Caput VI.

Diony. li. 2, Gell. ca. 12. primi. Plura Oui. 6. Fast. ibi: Vesta faue. Lucre. 2. de rerum natura, uersu. 603.

Quare

Quare magna &c. Aug. c. 19. 4. ciui. Serui. 11. Aen. ibi: Finitimos &c. docet ubi uiuae sepeliebantur. Plut. proble. 96. ponit huius consuetudinis causam.

In Caput VII.

Sūpta ex. 2. Diony. & primo Liuij. Seruio. 8. aene. Ouidio. 3. Fast ibi: Quis nisi. lege Acronem. 36, et. 37. primi Car. Plura Plutar. in uita Numae. Vale, titulo primo primi. cap. 2.

In Caput VIII.

Vltra ea quae scribit Liuius in primo, & Diony. in secundo, lege apud Plutarch. in uita Numae.

In Caput IX.

Ex Plut. pble. 62. Gell. ca. 4. 16. Diony. li. 2. Ser. 9. Aen. ibi; Principiū. Li. ferè ad uerbū scribit haec oīa.

In Caput X.

Haec & plura scribit Liui. li. 1. Ser. circa prina. 9. Aen. scribit patrē patratum fuisse principē foecialiū. lege Gellium ca. 4. li. 16. Plutar. proble. 62.

In Caput XI.

Ex Liuio in principio secundi. Plura Dionysius in prin. 5.

In Caput XII

Sumpta ex Liui. li. 9. 3. Decadis. Syllius in princi. 17. plura Ouid. 4. Fast. multa ad hoc facie̅tia scripsi in annotationibus Solini. ca. 7. De causa sacerdotij Spado. Lege Nasonē. 4. fast ibi: Phrix puer. Aug. ca. 157. Ciui. dei. plura notaui in cōmen, Claudiani secundo in Eutrop. ibi; Labentem patriam.

In Cap.

In Caput XIII.

Duumuiri sacrorũ à Tarquinio sup̃bo creati sunt, ut li.4. Dion. Gell. aũt. c.19. primi, ait, ad libros.3. Sibyllinos, quasi ad oraculum quindecimuiri adeunt, cũ dij immortales publicæ consulendi sunt. de dedicatione ædis Cast. à Posthu. lege quæ scribunt Ant. & Marsus in fi.1. Fast.

In Caput XIIII.

Cic.3. de oratore dicit tres uiros Epulones à ueteribus pontificibus institutos propter sacrificiorũ multitudinem, de horũ epulis scribit Val. in prim.2. et Aug.3. de Ci. uide sint ne uera quæ Sypõtinus de his aßeruit.

In Caput primum de magistratibus.

Ex Dion. li.2. Liuio li.1. De senatoribus extat ti.9. primi digestorũ. plura Plutar. in uita Romuli.

In Caput II.

Dion. li.2. Liuius li.1. Plut. in uita Romuli. Quidã existimant Luceres à Lucumone deo denominatas. Festus aũt Pompe. à Luceo Ardeæ rege, quod auxilio fuit Romulo aduersus Tatium bellanti.

In Caput III.

Quare aũt creati fuerint, docet Pomp. ti.2.1, digesto. ponit aũt quæstorũ genera.2. primũ eorũ, q̃ pecuniæ.2. eorum qui capitalibus rebus præessent, eorum officium narrat Vlpianus tit.13.1. digest. lege Varr. 1. de lingua latina.

In Caput IIII.

Ex Dion. li.2. & Liuio. li.1. Plu. in uita Numæ.

In

In Caput V.

Liuius li.1. Dion. aũt. li.3, dicit cognitionẽ sororiã-dæ pmissam populo. Pom. tit. 2. primi dige. Constituti sunt, inquit, & triũuiri capitales, q carceris custodiam haberent, ut cum aĩaduerti oporteret, interuentu eorũ fieret. Var. etiã meminit primo de lingua latina.

In Caput VI.

Quæ scribuntur hoc titulo, habentur ferè oĩa ab Vlpiano tit. 12. primi digest. Gell. cap. ult. li. 14.

In Caput VII.

Sumpta ex fine primi Liuij. ex. 4. Diony. Pom. ti. 2. primo digest. de offi. consulis habetur tit. 10. primi digest. Aug. ca. 16. tertij ciuitatis. primi consules Calẽ. Ianu. creati sunt. Inde factum est, ut ianuarius primus mensis anni à Ro. haberetur. Plutar. proble. 18.

In Caput VIII.

Sumpta ex. 2. Liuij ferè oĩa. plura notatu digna scribit Diony. circa finem. 5. Id aũt anno 9. post reges exactos, factum esse scribũt. Eutro. c. 2. primi, & Euse. li. temporum, legem de prouocatione habes à Liuio li. 3. Pom. ti. 2. 1. digesto.

In Caput IX.

Sumpta ex. 2. Liuij. & . 5. Diony. circa fi. Eutro. & Euse. ubi supra. De hoc magistratu. tit. 2. & . 11. primi digesto.

In Caput X.

Liuius li. 2. Dion. uersus finẽ li 6. Aug. ca. 18. 2. Ouid. 3. Fast. ibi: Plebs uetus. Sacer autem mons ideo dictus

dictus est (autore Festo) quoniam Ioui sacer erat.

In Caput XI

Liuius in prin. 3. Dion. in fine. 11. aliter sentire uidetur. Hæc & plura habentur. 1. digestorũ ti. 16. per totum. In Caput XII.

Hæc & plura de legatis proconsulũ habentur tit. 16. primi digesto. per totũ. In Caput XIII.

Ex principio. 7. Liuij. Dion. li. 6. Gell. ca. 12. li. 17. Plura cõgeßit Flauius li. 3. de Ro. triumph. Pom. tit. 2. primi digestorũ. Varro li. 1 de lingua latina.

In Caput XIIII.

Sũpta oĩa ex. 3. Liu. Dion. uersus fi. 10. & li. 11. p totũ hãc historiã psequitur. Val. li. 6. c. 1. Plura notaui circa fi. primi Flori. Id aũt factũ est anno. 301. ab urbe cõdita. ut c. 12. primi docet Eutropius. Euf. li. temporũ dicit anno. 302. In Caput XV.

Pom. ti. 2. primi digestorum. Aug. c. 17. 3. dui de cõsulatu App. Cl. & P. Ser. ac de morte Tarquinij apud Aristodemũ Cum is uidelicet scribit Liu. inter principium & medium. 2. Item Dion. li. 7. de contentione cõsulũ ob dedicationẽ ædis Mercurij scribit Val. Max. c. 3. lib. 9. In Caput XVI.

Ex Liuio lib. 4. tit. 2. primi digesto. Id aũt factũ est anno. 310. ab V. C. In Caput XVII.

Sũpta ex libro. 4. Liuij. Pom. iurisconf. ti. 2. primi digestorũ. lege Au. Gell. c. ultimo. 7. Censorũ leges plurimas ponit Cic. in principio. 3. de legibus. Multa Flauius. 3. de Rom. triumph. congerit.

In

In Caput XVIII.

Liuius li.3.primæ decadis in fi.hæc & plura scribit.

In Caput XIX.

Sũpta ex Pom.iurisconſ.digeſtis de origine iuris.L. Neceſſariũ. Liuius in fi.ſexti plura. Flauius lib.1.de Rom.triũph.

In Caput XX.

Habentur hæc oĩa ex.7.T.Liuij. Flauius lib.5.de Rom.triũph.

In Caput XXI.

Suetonius ti.27.ſecũdi.Plut.in uita Cic.Liui.120. li.Florus.c.7.quarti de triũuiratu reip.cõſtruẽdæ, meminit Var.in li.quẽ Iſagogicon inſcripſit. Vide Gel.c. 7.14. Fuit ergo ante Cæſarẽ Auguſtũ hic magiſtratus apud Ro.habitus.

In Caput XXII.

Hæc & plura.1.digeſt.de officio præfecti prætorio. lege Vnica. Verba ſunt Aureliani iuriſconſulti.

In Caput XXIII.

Lege Au.Gel.li.13.c.14.&.15.ff.de orig.iuris.L. ij.parag.Deinde.&c.habentur hæc omnia.

In Caput XXIIII.

Sũpta ex primo digeſt.de officio præfecti uigilum per totum.

In Caput XXV.

Plura Flauius li.4.de Ro.triumphante.

In Caput XXVI.

Sumpta ferè oĩa ex titulo.19.primi digeſt.ab Vlpiano,Paulo,Calliſtrato.

FINIS.

POMPONII LAETI DE ROMA. MAGISTRATIBVS, SACERDOTIIS.

Iurisperitis, & legibus, ad M. Pantagathum libellus.

DE REGE.

VRbis Romæ, & imperij Romani condi-
Romulus. tor Romulus, Marte genitus fuit. Is post
q̄ omniũ consensu præfuit, legem tulit, ut
nemo regnum aut magistratũ iniret, ni-
si autor fieret deus, ipseq; per auspicia cõfirmari uolu
it. Vocabulũ à regendo deductũ est. Multitudinẽ oẽm
Tribus. Romulus diuisit in partes tres, quas tribus appellauit
Tribunus. & singularũ tribuũ duces, tribunos noĩnauit, et ipsas
Curiæ. tribus in trigĩta partes diuisit, curias dixit, quoniam
ipsorũ cura res publica sententiã expediebat, & inde
Curiatæ.ll. latæ ab regibus, quædam leges curiatæ denoĩatæ sunt.
Curiones. Curiarum præfectos curiones dixit, & curionum decu
Decuriões. riones. L. Papyrius, qui fuit tempore Tarqunij Super
Ius ciuile. bi, latas leges in uolumina redegit, Vnde iuris ciuilis
Papyrianũ. Papyriani nomen deducitur. Rex sacrificijs, templis,
& omni cultui deorum, & legibus, & moribus præe-
rat, magnarũ causarũ iudex, minorum uero causarum
senatum uoluit esse ipse Romulus iudicem.

DE MAIESTATE LEGIS.

Romu-

ROmulus ut haberetur honor ac ueneratio regiæ maiestati, purpurea usus est ueste, duodecim legit qui succinctis uestibus expediti multitudinem uirgis coercerent. Eos à ligandis hominibus, ut C. Valgius meminit, lictores appellauit, ut est lictor colliga manus xij, & hi fasces ante regem ferebant, ac todem secures, quæ signa puniendi erant. Legit & regij corporis custodes milites, ccc. quos à promptitudine id est celeritate, celeres appellauit, & eorum ducem tribunum celerum, cuius erat secundus post regem locus. Valerius Anias dit. à primo eorum duce, cui Celer nomen fuit, celeres nominatos. Ii erant equites Romani, qui postea expugnato Trossulo oppido Tuscorum, ut Iunius scribit, Trossuli dicti sunt. Sella usus est curuli, & locum eminentem in parte fori ædificauit, ubi iura daret.

Purpura. Lictores. Fasces. Secures. Celeres. Tribunus celerum. Troßuli. Sella curulis.

DE SENATORIBVS.

SEnatores à Romulo electi centum, aut à nobilitate generis, aut ab ætate, aut à sapiētia, ut apud Athenas nomen cœpere. Iidem patres, et eorum familia patritia, ijdem multitudinis patroni, id est, defensores erant. Hos appellabant peregrini principes in ciuitate. Qui post hos centum senatui adscripti fuere, patres conscripti appellati sunt. Quod uero ipsi cōstituerent ratum erat, senatusconsultum dixere, et tunc esse cœpit, cum plebes difficulter cōueniret. Nam cum à patribus per discordiam secederet, iura sibi constituit,

Patres patritij. Multitudinis patroni. Princi. ci. Patres consc. Senatuscon. Plebiscita.

quæ plebiſcita uocantur.

De poteſtate ſenatus & plebis.

REx ad ſenatum referebat. Senatus de oĩre cognoſcebat, et ſuffragiũ ferebat, & quod uiſum pluribus fiebat. Populus magiſtratum creabat, leges ſanciebat, & de bello decernebat.

DE INTERREGE.

SPacium temporis à defuncto rege uſq; ad creationem ſequentis, interregnũ dicebatur, et qui præerant eum regia poteſtate & inſignibus, interrex erat.

DE DVVMVIRIS.

TVllus Hoſtilius rex duumuiris poteſtatẽ fecit, iudicandi de capite M. Oratij, q ſolus ex trigeminis bello Albano remanſerat, & reus accerſitus quod extra portam Capenã obuiam ſororẽ interfecerat, quæ maritũ ſuum unum ex curiacijs cæſum lugendo, uictoriã & libertatem populi Romani ægre ferre uidebatur, ſed abſolutus à populo fuit propter patris lachrymas. Nam dixerat Tullus, Si prouocarit prouocatione certaret. Et hæc fuit prima apud populum prouocatio, & hoc primũ de rebus capitalibus iudicium.

DE PRAEFECTO VRBIS.

ROmulus unũ elegit, quẽ urbanis negocijs præfecit, ut Diony. ait, hunc præfectũ urbis fuiſſe ſatis conſtat. Longo poſt tẽpore tantũ ſibi urbis præfectura uendicauit, Cæſarũ tẽporibus, ut crimina oĩm

na oîm in urbe cognoſceret, & demũ cum Cæſares ab urbe abeßẽt, præfectus uelut alter Cæſar imperabat. De rebus omnibus, quæ ad urbẽ ptinebant, cenſebat.

DE PRAEFECTO PRAETORIO.

PRæfectus prætorio ſub Cæſaribus diſciplinæ militari præerat, eius poſtea autoritas aucta erga forenſes cauſas, ubi imperium declinare cœpit, nomen mutauit, magiſter ſtabuli dictus, cum antea ſub regibus tribunus celerum fuit, & ſub dictatore, magiſter equitum.

Magiſter ſtabuli.

Magiſter equitum.

DE PRAEFECTO ANNONAE.

DIcunt quidam, Annonæ præfecturam habuiße initiũ quintodecimo anno poſt exactos reges Appio Claudio Sabino, & P. Seruilio Priſco cõß. ſed uerius conſtat anno. 18. T. Geganio, P. Minutio. conß, quo tpe annonæ maxima caritas fuit, mißiq; in Siciliã fuere P. Valerius, & L. Geganius pro aduehendo frumento. Voluntalij, L. Minutium fuiſſe primum annonæ præfectum, ſatiſq; conſtat, non niſi ex indigentia frumenti, hunc magiſtratum creari.

DE PRAEFECTO VIGILVM.

CVm urbis ædificia ſæpenumero incẽdio flagrarent, diuus Auguſtus quinq, cohortes, ut inuigilarẽt urbi, diſpoſuit, & ſingulæ duas regiones cuſtodiebãt, tũc enim erant regiões quatuordecim. His quinq; cohortibus præerat præfectus uigilum, apud quem cognitio erat omnium ſcelerum, quæ nocturno tẽ

póre fieri solent, præserti de incendio & latrocinio.

De præfecto in militia.

Præfecti alarum & cohortium.

SIngulorũ ordinum in militia aliquando præfecti creati sunt, hoc est, quod sæpe numero præfectis alarum & cohortium legimus, hoc scilicet erat uoluntate ducis, id est, exercitus imperatoris, aut regis.

DE PRAEFECTO LEGIONIS.

PRæfectus legionis absentis legati uicem tenebat, parebant ei tribuni hastati, pilani, centuriones, & deniq; totus exercitus. Arma, equi, uestes, disciplina, ius, annona & ipsius cura erant, puniebat, soluebat. Eligebatur autem iustus, diligẽs, sobrius, cui necesse erat et alienum titulũ habere, ipse etiã erat comes primi ordinis, quem primipilum dicunt, qui centum et sexaginta militibus præest.

Primipilus.

DE PRAEFECTO CASTRORVM.

CAstrorum præfecto curæ erat, castrorũ positio, ualli, fossæ, tentoria, tabernacula, tormenta bellica, & cætera talia, item ægri, & medici. Is eligebatur peritißimus, ut alios edoceret.

DE PRAEFECTO FABRORVM.

ARtifices qui sequæbantur castra, ut fabri lignarij, carpentarij, ferrarij, &c, qui ad fabrilia officia deputati erant præfecto fabrorum parebant. Is eligebatur idoneus, & qui sciret bene castris ꝓuidere, & præsertim in expugnatione urbiũ subterraneos cuniculos facere, & alia similia.

DE CONSVLIBVS.

PVlſis regibus authore L. Iunio Bruto tribuno cœlerum, conſulare imperium factum eſt cum omni regia poteſtate & inſignibus. Conſules dicti duo à conſulendo, id eſt prouidendo. Creati ſunt comitijs centuriatis à præfecto urbis, ex commentarijs ſeruij Tull. & hi fuere L. Iunius Brutus, qui tribunus cœlerũ erat, & L. Tarquinius Collatinus, anno ab urbe condita 244. Inde noui conſules urbem luſtrarũt, & primi iurarunt neminẽ Romæ ſe paßuros regnare, & idem fecit populus. Apud eos ſumma totius imperij erat, hi ſenatum populumq́; per accenſos et præcones cogebant, hi exercitus ductabant. Ab eorum magiſtratu numerus annorum ſignabatur, prouinciæ cõſulibus deſcribebantur, penes quos, ut inquit Pomponius, ſummum uti eſſet lege rogatum eſt, & ne per oĩa regiam poteſtatem ſibi uendicarent, lege cautum fuit, ut ab eis prouocatio eſſet, neue poßent in caput ciuis Romani aĩaduertere iniußu populi. Solũ relictũ eſt illis, ut coercere poßẽt et in uincula publica duci iuberẽt. Conſules. Accenſi & præcones.

De Dictatore & magiſtro equitum.

ANno duodecimo, ut alij uolũt. 9. poſt exactos reges T. Largio Flauio. T. Clœlio Siculo cõſulib. ut alij ſcribunt, T. Lar. Flauio, & Lu. Poſthumio Cominio, cũ. 40. Latinorũ urbes, autore Octauio Mãlio cõiuraßent in Romanos, T. Largio à collega Clœlio, & à ſenatu P oq́; Ro. creatus dictator

Dictator.

fuit. Dictatura summus magistratus fuit, habebaturq; in summo periculo ultimum remediũ, duæ secures dictatorem præcedebant. Ab eo ad populũ prouocatio non erat, & ei capitis animaduersio data est. Sex mensibus durabat, designabat sibi dictator magistrũ equitum, qui primus fuit Sp. Caßius.

Magister equitum.

DE QVESTORIBVS.

Romulus, ut Iunius li. 7. scribit, suffragio populi quæstores binos creauit, alij uolũt Numã Põpiliũ. Sed uerius constat de Tullo Hostilio. Quæstores ab acquirenda, & seruanda publica pecunia dicti sunt, capitalibus rebus præerant, ciues Romanos capite punire his licebat, prouincias sorticbãtur, primũ patricij creati, postea indifferenter patricij & plebei, & Varro sic ait: Quæstores à quærendo, qui conquirent publicas pecunias, & malefica, quæ triumuiri capitales nunc conquirũt, & Pedianus ait: Senatoris prima administratio erat quæstorem fieri, prouinciæ curam gerere, pecuniæ publicæ in diuersos usus erogandæ. Cornelius ait: Repetita lege curiata à Iunio Bruto post exactos reges, quæstores duo creati, qui rem militarem comitarentur, Valerius Potius, & Aemylius Mamercus. Duos deinde addidit, qui res urbanas curarent. Mox cum stipendiariæ prouinciæ fierent, duplicatus numerus, post uero Syllæ legem creati uiginti.

Quæstores duo.

DE TRIBVNO PLEBIS.

Anno

ANno decimo septimo post fugã Tarquiniorũ, Aulo uirginio Montano. & T. Vetusio Geminio conss. plebes nexu grauata, et sæpenumero decepta seditionẽ fecat, & tandẽ Sicinio duce in sacrum montem secessit, qui distat ab urbe tribus mil. pass. trans Anienem. Piso autor est in Auentino secessionẽ plebis factam esse, et cũ illic plebs arma nõ sumpsisset, Mons sacer putatus est, unde nomen monti impositum fuit. Hinc Posthumio Cominio, & Sp. Cassio nouis cõss. decernẽtibus, decẽ legati elegũtur ad plebẽ, quorũ primus fuit Menenius Agrippa, qui oratione sua plebem patribus cõciliauit, mẽse Septẽbri petiuit plebes ex suo corpore magistratũ creari, Tribunitia ptãs hæc fuit, creati tribubus fuere tribuni quinq;, L. Brutus, C. Sicinius, C. Licinius, P. Licinius, C. Iusilius Ringanus. Quidã duos scripsere, C. Liciniũ, & L. Albinum. Hæc fuit reip. pestis, hinc ciuile nephas ortũ habuit, & quemadmodũ propter seditionẽ esse cœpit seditiosus magistratus, semper fuit consulare ius imminutũ. Consulibus tribuni non parent, cum cæteri magistratus pareant. Sacrosanctos enim uoluit suos tribunos uulgus, hi sedebant primi ad limen, & acta senatus modo probabant, modo scindebant. Dies uero quo tribuni electi fuere, fuit quarto Idus Decẽbris, & in loco ubi castra posuerunt, erecta ara Ioui soluenti metum. Tribuni dicti sunt, ut Pomponius ait, quod tunc in tres partes populus diuisus erat, aut à tribu-

Mons sacer.

Tribunitia potestas.

Tribuni sacrosancti.

Tribuni unde

um suffragio, quæ, ut Dyonysius ait, tunc quatuor fuere. Legimus in historijs Diodori, tribunos quatuor creatos, C. Sianium, L. Metorum, M. Duilium, Sp. Attilium, Appio Claudio, & T. Curtio consulibus, & post anno uicesimoquinto tres tribuni consulari potestate creati, M. Genutio Agrippa, & Curtio Chilōe consulibus. tribuni fuere M. Sempronius, L. Attilius Longus, T. Quintius, & post annos sex totidem tribuni creati sub eadē potestate, Manius Aemylianus, Mamercus Clulius, L. Quintius, post quatuor annos quatuor creati, M. Minius, Q. Sōtius, Seruilius, prætextatus, Cor. cons. Sequēti anno tres. M. Fabius, M. Flauius, Lucius Seruilius, & sequēti anno L. Furius. Sp. Pinarius, & post annos septem, quatuor, C. Furius. T. Quintius, M. Posthumius, & Cornelius. Hos oēs tribunos consulari potestate fuisse constat.

DE TRIBVNIS MILITVM.

ANno ferè septuagesimo post exactos reges, sequenti anno, postq̄ tribunitia ptās cōsulari iure cessit, oratiōe Camilli, tres e patritijs creati tribuni militares, cōsentiente plebe, omnē consularem authoritatē habuere. Et ij fuere L. Furius, & L. Cloelius Corinthius, Au. Sēpronius Atratinus. Sequenti anno, quatuor, P. Lucretius, Ca. Seruilius, Menenius Agrip. Sp. Veturius. tertio anno quatuor, A. Sēpronius, M. Papyrius, Q. Fabius, Sp. Nautius. quarto anno duo, P. Cor. C. Fabi. quīto anno quatuor, L. Tube,

C. Cor.

C.Cornelius,C.Vale.Censo.M.Fabius.Hi creabantur ex patribus,& ex plebe. Sexto anno ius imperij Romani ad consules redijt,qui fuere M.Cornelius,L. Furius. Officiũ aũt tribunorũ militũ,ut Marcellus de re militari scribit, erat in castris milites continere,& ad exercitationẽ producere,uigilias circuire,rei frumentariæ præesse,querelas commilitonũ audire,ualetudinarios inspicere,quoniã is qui tali officio præest,et dare & obseruare castrensia omnia debet. Pædianus ait, Tribunorũ militariũ duo genera,primũ eorũ,qui Rufuli dicuntur, & in exercitu creari solent. Alij sunt comitiati,qui comitijs designantur.

Tribuni militum.

Rufuli.
Comitiati.

DE AEDILIBVS.

Plebes ubi è sacro monte ad urbẽ redit,à patribus impetrauit,ut liceret sibi alios magistratus creare,qui tribunorũ ministri essent,qui & ædes sacras,& priuatas procurarẽt,et q annonæ præessent. Creauit igitur ædiles quatuor,duos qui ab solio eburno curules dicti sunt,regijs utebantur insignibus,et ornati purpura,curã sacrificiorũ et ludorũ habebãt. Scio & à quibusdã scriptũ esse,ædiles duos ex patritijs creatos curules eo tpe,quo primus ex plebe consul factus est. Sed credibilius est,ut ijdẽ intelligantur ædiles. Meminit Dionysius libro sexto,& alios duos creauit plebes præpositos annonæ,quos aliqui putant à diuo Iulio constitutos,& nominatos Cereales. Aediliũ curuliũ potestas adeo creuit,ut ad eos summa rerũ et maiestas

Aediles curules.

Cereales

consularis imperij uenerit.

DE CENSORIBVS.

CVm census auctus esset, & consules nõ sufficerẽt, duo creati fuere, ad quorũ censionẽ, id est, arbitriũ censeretur populus, & ob id censores appellati, & primi fuerũt C. Papyrius, & Sempronius, M. Geganio Macrino, & T. Quintio Capitolino conss. Creabantur aũt quinto quoq; anno, qđ tempus lustrũ appellabatur. Asconius Paedianus ait, censores quinto quoq; anno creari solebãt. Hic prorsus ciues sic notabantur, ut q senator esset, eijceretur senatu, q eques Ro. equũ publicũ perderet, q plebeius, in centũ tabulas referretur, et ærarius fieret, ac p hoc nõ esset in albo centuriæ suæ. Sed ad hoc nõ esset ciuis tantummodo, ut p capite suo tributi noĩe æra præberet. Iidem completo quinquennio lustrabant, & taurilia sacrificia de sue, oue, tauro, faciebãt. Ciuiũ Romanorũ primus census factus est sub Seruio Tullo. lxxxiiij. militum. & Dcc. Secundus census tertio anno post fugã Tarquinorũ, C. Valerio Publicola, et T. Lucretio conss. Inuenta puberũ Romanorũ. ccc. xxx. milia. Tertius census anno. xij. T. Largio Flauio, Q. Cloelio Sicelo conss. Idẽ T. Largius dictator censum renouauit. Inuenta puberũ Romanorũ C. L. milia, et. Dcc. Ann. xix. id est. ij. post tribunitiã, habitus à consulibus census quartus. Inuenta ciuiũ Ro. c. lxi. milia, et. Dcc. Anno. 30. Seruio Seruilio et Au. Verginio consulibus habitus census. Inuenta ciuiũ pu-

Lustrum.

Attende amplitudinem P. R.

uiũ pu-

uium puberũ plura q̃ centũ et decẽ milia, & cæterorũ trecenta & .xxx. milia. Anno .38. Au. Manlio, & L. Furio consſ. habitus census sextus, & ciuiũ Ro. incertus numerus. Supra annũ .lx. ciuium numero, ut diximus, creati censores fuere.

DE DECEMVIRIS.

ANno ab urbe condita .ccc.ix. decemuiri ꝓ consulibus creati sunt, & tertio anno depositi libidine Appij Claudij, qui Virginiã stuprauit. Decemuiri hij fuerũt, Appius Claudius Regilianus, T. Genutius, P. Sextius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manilius, C. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Posthumius Caluinus, hi ex Athenis leges tulerũt in .x. tabulis, datumq; est eis ius summũ, à quibus prouocatio nõ erat, & datũ etiã uti leges corrigerent, et interpretarentur. Sequenti anno duas tabulas addiderunt, & inde appellatæ leges .xij. tabularũ. Quidam uolunt non eburnis, sed æneis tabulis impressas leges pro rostris positas. Quarum ferendarum autorem fuisse decemuiris Hermodorũ Ephesium exulantem in Italia, scribunt, ut Pomponius refert. Dionysius pro Curiatio Oratiũ dicit. Sequenti anno decemuiri rursus creati, Appius Claudius, Q. Fab. Vibolanus, M. Cornelius Maluginensis, M. Seruilius, L. Minutius, T. Antonius Merẽda, Manilius Robuleius, Q. Petelius, Ceso Duilius, Sp. Oppius Cor. apud Diodorũ sunt, C. Ser. et P. Manius. Tertio anno ijdẽ præfuere neq; senatu, neq; plebe

Lex .xij. tabularum.

suffra-

ſuffragia dante, & ideo ui magiſtratũ obtinuerũt.

DE PROCONSVLIBVS.

POſthumio Albo, et ſex. Fuſco conſſ. bello infeliciter contra Equos geſto proconſul creatus eſt T. Quintius, & is primus in eo magiſtratu fuit. Eũ ſex lictores præcedebant, cætera oĩa habebat uti conſules, & inde ſtatutũ eſt, ut qui conſules uno anno fuiſſent, ſequenti proconſules eſſent, deinde proconſules ad prouincias mittebantur, & ſinguli ſingulos legatos habebãt, qui adminiſtrationi præſtarẽt auxiliũ. Proconſul poteſtatẽ exercet in ea prouincia tantũ, quæ ei tradita eſt, uel decreta, niſi uocaretur in iuriſditionẽ uoluntariã. Apud proconſulẽ, ut Martianus ait, ſeruorũ manumiſsio fieri poterat, & adoptio. Apud proconſulis legatũ nemo manumittere poteſt. Sub Cæſaribus diſtinctæ prouinciæ, nã conſulares ſub ſenatu Po. q; Ro. erãt, proconſulares ſub Imperatoribus.

Conſules

Legati proconſules.

DE PRAETORIBVS ET DECEMuiris, & curatoribus uiarũ, & triumuiris, & quinqueuiris, & centumuiris.

EO tempore quo pertinacia tribunorũ plebis, q Romæ ſine conſulibus quinq; annis præfuere, L. Seſtius ex plebe conſul creatus eſſet, patres præturã, nouũ magiſtratũ, Sp. Furio Camillo, M. filio dederũt, hic primus prætor urbanus fuit, à præeſſendo prætor nominatus eſt. Prætoris inſignia ſella curulis, trabea, lictores ſex, & cætera conſulũ inſignia. Pomponius in

Prætor urbanus.

us in hæc uerba ait: Cũq; consules auocarentur bellis finitimis, neq; esset q in ciuitate ius reddere posset, factũ est, ut prætor quoq; crearetur, qui urbanus appellatus est, eo quod in urbe ius redderet. Post aliquot deinde annos, nõ sufficiente eo prætore, quod multa turba etiã peregrinorũ in ciuitatẽ ueniret, creatus est & alius prætor, q peregrinus est appellatus, ab eo quod plerũq; inter peregrinos ius dicebat. Deinde cũ esset necessarius magistratus, qui hastæ præesset, decemuiri litibus iudicandis constituti sunt. Eodẽ tempore constituti sunt quatuor uiri, qui curã uiarũ haberẽt. Et tres uiri monetales, æris, argenti, auri flatores, & tres uiri capitales, q carceris custodiã haberẽt, ut si animaduerti oporteret, interuentu eorũ fieret. Et quia magistratibus uespertinis temporibus in publicũ esse inconueniens erat, quinq; uiri constituti sunt cis Tyberim & ultra Tyberim, qui possent ꝓ magistratibus fungi. Deinde prætores creati sunt numero captarũ prouinciarum, qui partim urbanis rebus, partim prouincialibus præessent. Deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit, ueluti de falso, de parricidio, de sicarijs, & prætores quatuor adiecit. Ab honore qui præturæ habebatur, ius honorariũ appellatũ, quæ prætorũ edicta erãt, honoratus dictus.

Prætor peregrinus.

Quatuor uiri.

Tresuiri monetales.

Tresuiri capitales.

Quinq; uiri

Ius honorarium.

De Procuratore Cæsaris.

PRocuratori Cæsaris oĩs res familiaris commissa erat, etiam quicquid is egisset ratum erat apud

Cæsarẽ,

Cæsarẽ, & penes hũc magna erat autoritas.

DE IVRISPERITIS.

Appius Claudius. Centunanus R. literæ inuentor qd' nõ est uerisimile.

PApyrius primus apud Ro. regias leges in unũ contulit. Ad hoc Appius Claudius Regilianus decemuir, cuius maximũ consiliũ in duodecim tabulis conscribendis fuit, post hunc eiusdem familiæ Appius Claudius Centunanus, qui uiã Appiã strauit, et aquã Claudiã induxit, & de Pyrrho in urbẽ nõ recipiendo sententiã tulit, actiones scripsit, & primũ de usurpationibus, qui liber non extat. Idem R literam inuenit, unde Valesij Valerij, & Fusij Furij dicti sunt. Fuit post hos maximæ scientiæ Symphronius, cognomento Cata. Deinde C. Scipio Nasica optimus à senatu iudicatus, cui publica domus in sacra uia data est, quo facilius consuli posset. Deinde Q. Mutius, q ad Carthaginenses missus est legatus, cũ eßẽt duæ tessaræ positæ una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato, utrũ uellet, referret, Romã utranq; sustulit, & ait Carthaginen. petere debere, utrũ mallẽt accipere. Post hos fuit Tiberius Coruncanus, q primus profiteri cœpit, cuius tamen scriptũ nullum extat. Deinde Sext. Aelius, & frater eius, P. Aelius ambo consules, Ennius Sex. Aeliũ Catũ appellat. Deinde Cato Portiæ familiæ princeps Tusculo genitus, cuius libri extant. Postea P. Mutius, & L. Brutus, & P. Manilius ius ciuile fundauerũt. Ex his Mutius consularis fuit, & decẽ libros reliquit. Brutus prætorius. 7. Manilius consularis & pontifex maximus

Ius ciuile.

mus treis. Ab his profecti sunt P. Rutilius Rufus consul Romæ, & Asiæ procons. & P. Verginius, & Q. Tubero ille stoicus Pansæ auditor & consul, & Sext. Pom. Cn. Pompeij patruus. Eodē tempore Cælius antipater, q plus eloquentiæ, q̃ sciētiæ iuris operā dedit, & L. Crassus Mutianus P. Mutij frater, quē Cicero iurisconsultorū disertißimū dicit. Post hos Q. Mutius P. filius, pontifex max. ius ciuile redegit in libros. 18. Mutij auditores fuerunt complures, præcipue autoritatis Aquilius Gallus, Lucilius Balbus, & Sext. Papyrius. Dehinc Seruius Sulpitius, qui in causis orandis post. M. Tullium primum obtinuit locum, repræhensus à Q. Mutio, quod ius non intelligeret, iuri operam dedit sub Lucilio Balbo & Aquilio Gallo. Seruius cum in legatione perijsset, Po. Ro. statuam ei pro rostris erexit, quæ hodie extat in foro Augusti. Reliquit. clxxx. libros de iure ciuili. Seruij disciplina manauerunt Alphenus Varus, C. Flauius, A. Ofilius, Titius Celsus, Aufidius Gura, Aufidius Mamusa, Flauius Priscus, C. Atteius, Antistius Labeo primus. P. Celsus. Libri digesti fuerunt ab Aufidio Mamusa. Ex his Alphonus consul fuit, & Ofilius Eq. ordinis, qui edictum prætoris diligenter primus composuit. Fuit eodem tempore Trebatius Cor. Maximi auditor, Au. Casellius, Q. Mutius Vollusi auditor Quæstorius, consulatū enim renuit offerente Augusto. Ex his Trebatius peritior, Casellius eloquentior, Ofilius utroq; doctior.

Edictum prætoris.

doctior. Deinde Aelius Tubero, q post q̃ ã causauit Q. Ligariũ, nec obtinuit apud C. Cæsarẽ, à causis agendis ad ius ciuile transijt. Cicero Ligariũ defendit oratione satis pulcherrima. Post hunc Atteius Capito, q consul fuit Ofilij imitator, annũ sic diuisit, ut Romæ sex mensibus cum studiosis esset, & totidẽ in secessu in conscribendis libris, ideo reliquit uolumina. XL. Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, qui etiã præ cæteris operã philosophiæ dederat, plurima innouare instituit. Atteio Capitoni Massurius Sabinus successit, Labeoni Nerua, qui fuit Cæsari familiarissimus. Massurius Sabinus eques Ro. publice primus scripsit. Hoc beneficiũ à Tiberio Cæsare dari cœpit. Nã ante tempora Augusti publice respondendi ius à principe non dabatur. Sed qui fiduciã suorũ studiorũ habebãt, consulentibus respondebãt, neq; responsa utiq; signata dabãt. Sed plerũq; iudicibus ipsi scribebãt, aut testabantur qui illos consulebãt. Primus diuus Augustus, ut maior iuris autoritas haberetur, constituit, ut ex autoritate eius responderẽt, & ex illo tpe peti hoc pro beneficio cœpit, & ideo optimus princeps Hadrianus, cũ ab eo uiri prætorij peterẽt, ut sibi liceret respondere, respondit eis, hoc nõ peti, sed præstari solere. Et ideo si quis fiduciã sui haberet, delectari se populo, ad respondendũ se præstaret, Igitur Sabino concessum est à Tiberio Cæsare, ut populo responderet. Cui cũ amplæ facultates nõ essent, à suis auditoribus sustentatus est.

Ius respondẽdi publice.

Sabino

Sabino succeßit Caßius Longinus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij, is & consul fuit cum Cratino sub Tiberio, à quo propter autoritatem ciuitate pulsus fuit, & ab Imperatore Vespasiano reuocatus, diem obijt. Neruæ succeßit Proculus. Fuit eo tempore & Nerua alius, & alius Longinus eques Ro. & prætorius, sed Proculi autoritas maior fuit. Nam & qui successere, partim Proculani, partim Caßiani appellati sunt, quæ origo à Capitone & Labeone cœperat. Caßio Cælius Sabinus succeßit, qui plurimum sub Vespasiano potuit. Proculo succeßit Pegasus, qui sub Vespasiano præfectus urbis fuit. Cælio Sabino Priscus Iabolenus, Pegaso Celsus, Celso patri Celsus filius, & Priscus Neratius, qui utriq; consules fuerũt, Iaboleno Prisco Eburnius Valens, & Tuscianus, item & Sabinus Iubianus.

Proculani. Caßiani.

POMPONII LAETI DE SACERDOTIIS, ET PRIMO DE PRIMA RE-ligione apud Latinos.

Faunus
Aborignes

FAunus antiquißimus omniũ regum in Latio fuit. Aboriginibus imperauit, homines more ferarum uiuentes, in mitiorem uitã redegit, lucos sacrauit, locis & urbibus nomina dedit, ædificia erexit, templa ædificauit, quæ ideo à Fauno fana dicuntur, quod Pontifices sacrando illic fantur. Faunus in Latio altũ deorũ instituisse fertur. Quidã scribunt ante Faunũ imperasse Ianũ, & altũ deorũ demonstrasse. Fauni soror Fatua uaticinatrix, ab ea uates Fatuarij dicuntur, hæc traditur mulierũ castißima, ideo eã Romani Bonã deã appellauere, cuius templum est in saxo Auentini montis, unde ingressus uirorũ prohibetur, & ei fœminæ tantum sacrificant.

Fana
Ianus
Fatua
Fatuarij
Bona dea.

DE LVPERCIS.

Lupercalia
Lycæa
Pan
Iunus
Februarius
Euander

LVpercalia sacrificia ad expiandos manes fiebãt, Græce Lycæa dicta à Pane Lycæo numine Arcadico, quẽ Romani uocãt Iunũ, & idem putatur esse Fauno. Lycæo sacrificatur in spelunca, quæ sub Palatino monte est. Mensis, quo hæc sacra fiũt, Februarius à februando, id est purgando, dicitur, et dies Lupercaliorũ februata. Euander ex Arcadia hoc solenne in Latiũ tulit,

tulit, et instituisse fertur, ut nudi iuuenes Lycæũ Pana uenerantes, p lusum atq; lasciuiã currerẽt, hoc primũ ludicrũ, id est Luperal Romulus accepit, dictũ uidetur à Lycæo, quia λύκ☉ lupus est, inde Luperal. Scribũt aliqui à lupa nutrice Romnli ac Rumi. Nã ab eo loco solenne incipit, ubi lupa lac uagienti præbuit, aut à capris, ut sit luere, id est purgare p capras (capræ enĩ in eo sacrificio mactantur) aut q; Pan lupos arceat. Traditur & alia causa, quare nudi Luperci, aut quod Faunus p uestes ab Hercule delusus fuerit, ut meminit Ouidius. Aut quod cæso Amulio Rom. & Remus fœdati uultus sanguine, nudatis gladijs, et uestibus succincti, ab Alba usq; ad ficũ Ruminalẽ cucurrerũt. Vnde seruatur in Lupercalibus, nobiles adolescentes faciẽ sanguine sibi fœdãt, et alij accurrũt, cũ lana lacte madida tabũ abstergentes. Aut qđ cũ Romulus in palæstra esset nudus latrones insecutus fuerit, & uotũ Pani Lycæo fecerit. Sed ego uerius puto, uel à Lycæo uel à lupa. Ideo Romani in Lupercalibus canẽ immolãt, quoniã naturaliter canis lupis aduersatur, ob quod Romulus lupæ nutrici gratias habere uidetur. Luperci tergora capris eripiũt, et succincti discurrũt circũ antiquũ oppidũ, id est palatiũ, occurrentes corijs uerberãt. Fœminæ ultro obuiã occurrũt, facilẽ partũ sperantes.

Februatus dies. Pan Lycæus Luperal Luere

Canis immolatur. Antiquum oppidum.

De Potitijs & Pinarijs.

VIctor Hercules, cæso Geryone Chrysaori filio in Erythra, quæ est insula Oceani Hispani, ab

Hercules

acto nitidarũ boũ armento, in Latiũ uenit, & prope Tyberim loco herbido procubuit, ut læto pabulo refi- ceret boues. Cacus latronum princeps eximias boues duas caudis in ſpeluncã traxit. Hercules ſomno exci- tus, luſtrato grege, cũ partẽ abeſſe numero ſenſit, oĩa circuit, aduerſa ueſtigia comperit, confuſus nouitate rei ex loco infeſto agere armentũ cœpit. Cum actæ boues deſiderio relictarũ mugiſſent, reddita fuit è ſpelunca uox, quæ Herculẽ conuertit, inuenta fraude, Cacũ necã dedit. Concurſus trepidantiũ paſtorũ aduenã reũ cæ- dis faciunt apud Euandrũ, qui miraculo literarũ, inter rudes artium homines, ea loca tum regebat. Is intuens habitum, formamq́; uiri, rogat, qui uir eſſet: ubi no- men, patremq́; ac patriam accepit, quia ſic Carmenta mater eius uaticinata fuerat, extemporalem aram Her culi erexit, iuuencum indomitum mactauit. Inde ſer- uatum eſt, ut quotannis Ro. bouem indomitum Her- culi immolent, & Hercules epulum populo dedit, ſa- crum fieri uoluit à Potitijs & Pinarijs, quæ tum fami liæ maxime inclytæ ea loca incolebant. Forte euenit ut Potitij præſto eſſent, hiſq; exta apponerentur, & Pinarij, quia tardi fuere, extis adeſis, ad cæteram ue- nirent dapem. Potitij ab Euandro edocti, antiſtites ſa- cri eius diu fuerunt, poſtea cum interijſſent, empti de publico ſerui, officium exercuerunt. Ara ab Euandro erecta, cui Hercules decimas ſoluit, maxima uocatur, & proxima eſt foro boario, ubi ex uoto decimæ fiunt.

Cacus.

Ara extem poralis.

Potitij Pinarij.

Tradũt,

Tradunt, qui uelit diues fieri, Herculi decimas soluat, hinc opes M. Luculli factæ memorantur, & ipse Hercules thesaurorũ deus putatur. Hercules thesaurorũ deus.

DE FRATRIBVS ARVALIBVS, Qui primi fuerũt filij Laurentiæ.

MAssurius Sabi. qui tempore Augusti fuit. xij suscæpisse liberos Accam Laurentiã scribit, ex quibus cum unũ extulisset, grauiter indoluit. Romulus in demortui locum se dedit, & ita nutricẽ pientißime consolatus est. Ab hoc numero duodenario, aruorum sacerdotes. xij. esse uoluit, & ut Plynius ait, se inter liberos Accæ Laurentiæ fratrẽ duodecimum appellauit. Fratres aruales hij nominati sunt, qui sacra publica faciũt, propterea ut fruges ferãt arua, à ferendo igitur & aruis, ut Varro scribit, fratres aruales dicti sunt. Laurentiam in eo sacerdotio dedisse Romulo spiceam coronam pro religiosißimo insigni, quæ uitta alba colligaretur, & item Plynius ait. Acca Laurentia. Fratres aruales. Corona spicea.

DE AVGVRIBVS.

AVgurandi ars antiquißima, à Chaldæis ad Græcos, apud quos Amphiaraus, Mopsus & Calchas summi augures habiti sunt, à Græcis ad Hetruscos uenit, ab Hetruscis ad Latinos, & ipse Romanorũ pater Romulus augur fuit, & ideo instituit magistratus augurijs confirmari, et posteri nõ nisi augurio iubente, res inchoabant. Locus augurij templum erat, augur uersus orientem sedebat, capite uelato, lituum Augurandi ars. Romulus augur. Locus augurij.

dextra tenens manu, id est, curuũ baculum, quo in cœlo regiones diuidit, & quæ auguria ueniunt, prædicit, si leua fuerint, quia aliena parte Septentrio est, felicia pronunciat, pars illa urbis propter altitudinẽ prospera putatur, & à dextra parte meridies, quia depressus est, infelix. Dionysius meminit antiquã augurandi obseruationem fuisse etiã Aboriginũ. Nam Ascanius, priusq̃ aciem contra Mezentiũ educeret, auguriũ captauit, & ubi micare à sinistris fulgur conspexit, pugnauit, & uictor fuit, tantiq; ueneratio & utilitas inde fuit, ut collegium augurum constitutum sit, & primum tres augures fuere à tribus tribubus, sic instituisse Romulũ tradit Dionysius, inde quatuor creati. Tandem plebe per tribunos id petente, quinq; plebei augures, quatuor patritij adiuncti fuere, & sic numerus nouem augurum mansit.

Ascanius augur.

Collegiũ augurum.

Augures nouem.

DE VESTALIBVS.

Vestalem ignem cũ penatibus Aeneas è Troia in Latiũ tulit, condito Lauinio, Vestæ ædem sacrauit. Postea Asca. condita Alba, templum Vestæ ædificauit in montis Albani parte, cui suberat lucus, in quo Ilia Romuli mater à Marte compressa fuit. Vestæ ministræ uirginitatem seruabãt. Mos Latinis fuit, generosas & castas uirgines legi, post multos annos Romulus castissimas sacrorum cæremonias constituit, & ut Varro tradit, sacerdotes sexaginta, qui publica sacra facerent, per tribus & curias creauit, à uirtute & generis

Ignis Vestalis.

Aedes Vestæ.

Sacerdotes sexaginta.

generis nobilitate. Inopes & aliqua parte corporis debiles sacerdotes fieri uetuit, & in curijs singulis Vesta quædam communis erat. Templum Vestæ Romulus condidit, & uirgines legit. Sed frequens opinio Numam Pompilium asserit. Credibile est Romulum, qui in omnibus curijs Vestam esse uoluit, separatim non posuisse. Rotunda effigie templũ est inter Capitoliũ & Palatiũ, in eo seruabatur perpetuus ignis, quia Vesta nihil aliud est, q̃ purus ignis. Sunt qui dicant alia quædã arcana in eo templo seruari etiam Pontificibus & uirginibus ignota, quidam duo dolia non magna, alterum clausum, alterum apertum, in quo nihil est. Quidam aiunt à uirginibus Palladium seruari cœlo lapsum in Troia. Primæ uirgines à Numa electæ quatuor fuere, Gegania, Berenia, Camilla, Tarpeia, duæ aliæ à Seruio Tullo additæ. Castitas uirginibus terminata est in xxx. annos, decem primis discit uirgo, totidem ministra est, in reliquis docet, post. xxx. annos nubendi potestas ei fit. Prima quæ capta fuit Amata traditur, ideo cum capitur uirgo, hoc nomen ei imponitur, capitur à pontifice nõ minor annis. 6. & nõ maior. 10. & quæ non sit patrima & matrima, neue lingua, sensu aurium diminuta, aliaue corporis labe, neq; filia serui, neq; eius qui domicilium in Italia non haberet. Vestalis si petulanter deliquisset, uerberabatur à Pontifice, si incesta fuisset, hoc modo pœnas luebat, uncta efferebatur in Sandapila per medium forum usq; ad por-

Arcana in templo Vestæ.

Duo dolia ibidem.

Palladium

Amata

Vestalis delinquentis pœna.

ad portā Collinā, ibi tumulus impudicarū Vestalium inter muros imminet, in quo est parua cauerna subterranea, ad quā per foramen scalis descenditur, in qua est stratus lectulus, & lucerna ardens, & panis, lac, oleū, ne fame intereat. Deponitur hic Vestalis, soluitur uinclis, capite uelato in suppliciū ducitur, pontifex cū arcana quædā pronunciauit, cū sacerdotibus terga uertit, & statim impudica Vestalis in cauernā demittitur, inde fossa tellure repletur usq; ad operculū, ea die silentium & mœstitia in tota urbe est.

DE FLAMINIBVS.

Dialis Martialis. Quirinalis Flamines. Flaminij Flaminulæ Camilli.

DIalem & Martialem flaminē Romulus instituit, Numa Quirinalem addidit. Varro asserit Numam Pompilium flamines singulis dijs fecisse, & ab eis nomina dedisse, hinc resp. hominibus in cœlum relatis, flamines decreuit. Dicti autem flamines sunt ex gestatione pileorum, quasi pileamines, quidam dicunt ab insulis quas flammas uocant. Eorū ministri Flaminij dicti, & ministræ flaminulæ. Sed rerum oīm sacrarum administri Camilli dicebantur, flamines non poterant, nisi singuli singulis dijs attribui, & nephas sine pileo erat egredi domū.

DE SALIIS.

SAlios. xij. Marti Gradiuo legit Numa, dicti à saltando, quod facere in comitijs quotannis & solent & debent, uersicoloribus tunicis ornati per urbē tripudiant, succincti æneis baltheis. Togas fibulis

nectunt,

nectunt, quas trabeas uocant, gestant in capite pileos, quos uocāt apices, gladio accingūtur, dextra lanceā aut uirgam ferunt, leua Thraciā peltam, cœlestia sunt arma ancile uocant, id est, circum excisum, id fertur cœlo lapsum in regiā Numæ, anno octauo regni eius. Lege cautum erat ut Salij liberi essent, & indignæ, & quorum uterq; parens uiueret, et cuiuscunq; fortunæ, pauperes aut diuites. Quidā Salios appellatos putant à uiro Samothrace seu Mantinio, noīe Salio, qui saltationē in armis inuenit. Traditur Tul. Hostil. duplicasse numerum Saliorū. Trabea. Apices. Ancile. Salius.

De Fœcialibus, & patre patrato.

FOeciales dicti, quod fidei publicæ inter populos præerant, nam per hos fiebat, ut iustum concīperetur bellum, & ut fœdere fides pacis constitueretur. Eos instituisse dicitur Numa, cū indicendum esset bellum Fidenatibus, hi mittebantur priusq̄ concīperetur bellum, ad res repetendas, & si non impetrabant, bellum indicebant. Fœcialiū unus qui patrem patratum faciebat ex ipsis fœcialibus electum, sacris uestibus ornatus, ad autores iniuriarū procedebat, priusq̄ urbem intraret, ianitorem uel alium qui obuiam fuisset, alloquebatur quibusdam imprecationibus. Inde in forum pergit, illic disserit qua causa uenerit, tēpus ad consultandum dat xxx. dierum, si per hos dies res infecta maneret, dijs cœlestibus manib usque inuocatis abit, & ad senatum refert, et ubi in senatu, quod iustū Fœcialis.

Ad Ebræorũ computum, ſunt VII. à	Condito mundo	Diluuium	1656
	Diluuio Noah	Abram	292
	Natiuitate Abram	Exitum Iſrael	505
	Exitu de Aegypto	Templum Salomo.	480
	Templi ædificatõe	Captiuitatem Baby.	440
	Captiuitate Baby.	Chriſtum Meßiam	579
	Chriſti natiuitate	Inſtans	1533
Secundũ Euſebium, VI. à	Creatione orbis	Diluuium	2242
	Diluuio uniuerſali	Abraham	942
	Natiuitate Abram	Dauid	941
	Regno Dauid.	Tranſmigrationem	485
	Tranſmigr. Baby.	Chriſtum	589
	Chriſto nato	Præſens tempus	1533

Summa ergo omnium Mũdi annorum uſq; præſentem 1533. eſt ſecundum	Hebræos	5437	Annorum.
	Mirandulam	5036	
	Euſebium	6732	
	Auguſtinum	6886	
	Alphonſum	[illegible]17	

PRIMA AETAS Mundi.

PRima Mundi ætas ad Diluuium usque est. Ea secundum Ebręos habet 1656. annos. Secũdum Eusebium & nostros, 2242. Secundum Augustinum autem 2262. At Hieronymus non plenè 2000. Alphonsus uero 3882. annos ponit.

Mundum creat Deus.

Adam & Heua primi homines fingũ 5199
tur.

15 Caym agricola, filius Adam, primam 5184
ciuitatem in Oriente condidit, quam ex
nomine primogeniti sui, Enoch uocitat.

Tubal Musicus, Lemech primi bigami filius, citharę, organi, cantionumque inuentor.

Tubalcaim, frater eius, primus faber metallorum atque sculptor.

1123 Mathusalem ab Enoh generatur, qui 4076
nongentis octoginta nouem annis uixit.

1475 Sub hoc tempus erant super terrã Gi
gantes, incredibilis fortitudinis & poten
tiæ, uiri iniqui.

Mundi Noë, qui & Ianus, genuit Sem, Cham, Christ.
1980 & Iaphet.
2240 Diluuium & inundatio super totã ter 2959
ram, in quo omnis anima perijt, exceptis
quæ Noah in arcam assumpserat.

Secunda ætas.

SEcunda ætas seculi incipit ab eo anno quo Noah ab arca egredi iubetur, duratq; ad natiuitatem Abrahæ. Hæc secũdum Ebræos 292. annos continet, Secundum uero Interpretes & Eusebium 942. Secundum Augustinum, 1072 annos habet. Beda autem 522 annos solum ponit.

Vitem primus coluit ac plantauit Noë.

Iaphet genuit Gomer, à quo Itali: Magôg, à quo Scithæ: Mosuh, à quo Amazones & Moscobitæ: Iauan, à quo Græci, ac reliquos.

Gomer genuit Ascenam, qui & Tuysco, à quo Germani & Gotthi.

2507 Sa la genuit Heber, à quo Hebræi. 2692

Chus genuit Nimroth uel Saturnum, qui primum Imperiũ apud Babylonios sibi uendicat, ubi cũ filijs suis turrim Babel cœpit ædificare.

Heber genuit Phalec & Iectan, Sub
2630 hoc facta est linguarum cõfusio, uariaq́ꝫ 2569
hominum monstra, ut Cyclopes, Centauri, Pigmei, Satyri &c. extiterunt.

Regnum Scitharum in Septentrione sub Tanao rege exordium sumit.

Tuyscon Sarmatas fundat.

2892 Amazonum fœminarum Regnum 2307
exordium habet.

Sores siue Vizones primum in Aegy
3079 pto regnare occipit.

Belus, qui & Iupiter, Assyriorum regnum auspicatur, cui præest lxij. annis.

3101 Nahor genuit Tharah.

Celtiberorum, id est Hispaniæ regnũ à Iubal filio Phalec initium sumit.

Samotus Celtas, hoc est Gallos condidit.

3141 Ninus secundus Assyriorum rex, qui 2058
condidit Niniuen, regnat lij. annos. Huius tempore Idololatria pullulare cœpit.

3145 Thuyscon populum suum legibus infor
mat, & Germanorum primus rex fit.

3171 Cham, qui & Zoroastes, Magiam &
ueneficia apud Bactrianos repperit.

Tha

Mundi Thara genuit Abram. Postea Nahor Christ.
3184 & Haran in Chaldæa maximum. 2015

Tertia Aetas Mundi.

TErtia ætas mundi hinc ad tempora Dauidis durat, & habet secundum Hebræos 940. Iuxta Isidorum tamen uno plus. Alij autem 842. annos tantum ponunt.

Arithmetica & Astrologia reperiuntur.

Circuncisio posteris Abrahæ in foe-
3200 dus perpetuum à Deo instituitur.

Mannus Secundus, ad Rhenum rex
3324 Thuysconum fit. 1975

Isaac ex Sara & Abrahamo, in terra
Canaan nascitur. 1947

Treueris Germaniæ urbs, à Trabeta fratre Nini conditur.

Hiberus secundus rex Hispaniæ.

3254 Zameis, qui & Ninias, Assyriorum 1945
rex trigintaocto annis.

3272 Memphis, nũc Alcair, ab Ogelo Ae-
gypti rege ædificatur.

Loth filius Haran ab incendio Sodo-
3283 mæ & Gomorrhæ eripitur cum suis.
Damascus in Siria, ac Solodurum in Heluetijs fundantur.
3284 Iacob & Esau ex Rebecca nati. 1915
3460 Ioseph uenditur in Aegyptum.
Rhodus ciuitas Insulæ nomen facit.
Venus, Apollo, Chyron Centaurus, florent.
3478 Sparta siue Lacedæmon ciuitas, à Sparto Phoronei filio, in Peloponeso ædificari cœpit.
Sueuus apud Tuiscones regnat, & populum bellicosissimum in Germania à se denominauit.
3491 Vandalus Tuiscones regit.
Theutanes Tuiscones regit, & cognominat.
544 Hebræorum seruitus in Aegypto in- 1655
ualescit.
Mercurius ex Maia nascitur, qui lyrām primus adinuenit.
3583 Hispalis in Hispania fundatur. 1637
Hercules Alemannus Tuisconũ rex.
3611 Moses in Aegypto nascitur. 1588

Her

Hercules Antheum lucta uicit.
3692 Mosi legem Dñs tradit in Syna mõte. 1507
Regnum Troiæ Dardanus incipit.
Genua Ligurum ædificari cœpta.
Asina Balaam loquitur humana uoce
3729 Iosue post Mosen dux Israel.
Sardus Sardiniã primus denominat.
Busiris in Aegypto sęuissimè regnat.
3732 Proserpinam rapuit Orcus Molosso=rum rex.
Thebæ in Aegypto extruitur.
Hermes Trismegistus, Philosophus Aegyptius.
3755 Othoniel primus Hebręorum iudex. 1444
Cadmus Græcos characteres, et Phœnix frater, Phœniceos adinuenit.
3760 Rhadamantus Liciorum rex æquiss.
3820 Moguncíacum Rheni ciuitas in Germania extrui cœpta.
3854 Perseus à se nominatã regit Persiam.
Phrixus & Helles, nouercam fugientes, mare a se cognominant.
Ilion floret in Asia minore.
Minotaurus nascitur ex Pasiphaë.
Prima Sibyllarum, Samia, claret.

Bellerophon cum Pegaſo equo Chi-
3863 meram ſuperat.
Melampus medicus uiget.
3876 Debora & Barach Iſrael iudicant. 1323
3897 Auguſta Vindelicorum ædificatur.
Sibylla Erithrea, Mars & Midas rex Phrygiæ uigent.
Vliſſes Germanus Tuyſconum rex.
3919 Gedeon iudicat filijs Iſrael.
3934 Argonautę in Colchidem cum Iaſone nauigant.
Medea ſaga, & Creuſa florent.
Sibylla Delphica, Orpheus citharœdus, Beroſus hiſtoricus, Dædalus architectus, cum filio Icaro uigent.
3943 Atreus primus Eclipſium Solis indagator. 1248
3951 Soſermus xxv. Aſſyriæ rex, decem & nouem annis.
3956 Abimelech ſextus Ebręorum Iudex.
3960 Faunus Pici filius ſecundus Latinorū rex.
Brennus in Germania regnat.
Priamus ſextus & ultimus Troianorum rex.

Sibylla Libica, Phrigia, Cumæa, Persica, his temporibus claruerunt.

3994 Teutanes xxvi. Assiriorum rex.

3994 Bellum Amazonum contra Thebas.

4004 Iepte nonus Hebræorum iudex. 1195

Lauinus tertius Laurentum rex.

Menelaus in Lacedemone imperat.

Penthesilea Amazonnm regina.

4313 Abessa siue Hesebon, decimus iudex Israëlitarum. 1186

Bellum decẽnale Troianum hoc tempore exortum, quo Achilles, Hector, Agamennon, Paris, Aiax, Nestor, Vlisses &c. conuenerant.

Aeneas Anchisę filius in Latio regnare occipit, ubi nunc Campania est.

4028 Colonia Vbiorum in Germania conditur.

Circe uenefica Italiam petit.

Neapolis Campaniæ extruitur.

4036 Samson robustissimus, ultimus Hebræornm Iudex. 1163

Ascanius secundus in Latio rex.

Historia Ruth mulieris hoc tempore gesta est.

Narbona & Lutetia Pariſiorū in Gal lijs ædificari cœperunt.

Francus, Hectoris Germani filius, ad Danubium imperat.

Syluius Poſthumus tertius Latij rex.

4866 Britannia à Bruto Syluij filio, nomen accipit, qui primus illic regnare occipit.

Heſiodus & Homerus græci poëtæ.

4113 Codrus decimusſeptimus, & ultimus Athenienſium rex, morte ſua Pelopone ſiacum bellum dirimit.

Quarta Aetas.

EA durat à Dauide ad Captiuitatem Babylonicam, habetq́ secundū noſtros hiſtoricos 485. annos. Beda autem tantummodo 474. numerat.

4124 Dauid filius Iſai, uel Ieſſe, ex tribu Iuda, rex & Propheta, Hebręis imperat annis Quadraginta. 1075

Epheſus in Aſia minore, Carthago à Didone in Africa fundantur.

4164 Salomon ſapientiſſimus, Hebręis imperat annis Quadraginta. 1053

4320 Zaccharias pontifex Hebręis necatur 879

Heliſeus uir Dei moritur.

Lycurgus apud Lacedæmonios claret.

Auentinus, unde monti nomen, Latinorum rex.

2418 Regnum Aſſyriorum, tranſfertur in Medos, regnat illic primus Arbaces, annis uiginti octo. 818

Phidion Argiuis primus pondera & menſuras excogitauit.

4424 Olympias prima apud Græcos inſtituitur. 775

Lacedæmoniorum Reges deficiunt, ex quo Phalancus principium Spartani regni facit.

Micheas & Naum prophetizant.



4429 Romulus & Remus, ex Ilia uel Rhea naſcuntur. 773

4443 Achas peſſimus rex Iuda. 756

Tho-

Thoraldus Cimbrorum & Teutonũ rex.

Numitor ultimus Latinorum rex.

4447 Romam condidere Romulus Remus. 752

4448 Osee xviij. & ultimus rex Israël.

4451 Romulus primus rex Romanorũ fit.

Thales Milesius sapiens claret.

4454 Israël transfertur per Salmanasser & Senacherib Assirios in Mediam, Persidemq́.

Milesij maris imperium obtinent.

Assyrij primum nunc cœperunt Samaritæ dici.

4459 Ezechias xv. rex Iuda. 740

4485 Numa Pompilius secundus Romanorum rex. Hic primus annum duodecim menses habere statuit.

Assyriorum regnum omnino defecit in Babylonios.

Solon, Pithacus, Chilon, Bias, Cleobulus & Periander sapientes Grætiæ: item Anacharsis Scitha Philosophus, clarent.

Meroldach primus Chaldæorum rex fit.

To=

Tobias apud Hebræos claret.

4488 Manasses xvi. rex Iuda, annis lv. 711

Giges è pastore fit rex Lydorum.

4493 Capitolium Romæ in monte Tarpeio extruitur.

4527 Tullus Hostilius tertius Romanorũ rex. 672

4536 Bizantium, quę nunc Constantinopolis, à Pausania Spartanorum rege extruitur in Thracia.

Metius Suffetius Albanorum dux, ob ruptum fœdus, quadrigis discerpitur.

Archilochus & Simonides poëtæ, Aristodemusq; musicus clarent.

Zaleucus Locrensium Legislator.

4545 Iosias xviij. rex Iuda.

4558 Ancus Martius, Romanorum quartus rex.

Phocilides poëta Græcus.

Hieremias, Sophonias, Baruch, Prophetæ.

Helchias Pontifex apud Hebræos claruit.

Scythæ usq; in Palęstinam penetrant.

Phalaris apud Agrigentinos tyrannidem

dem exercet, sub quo Perillus artifex.
Stesichorus, Sappho mulier, ac Pherecides philosophus, clarent.
4582 Tarquinius Priscus v. Rom. rex.
Arion Musicus.



4591 Nabuchodonosor tertius Chaldæorum rex, qui Iudæam cepit.
Abacuc & Ezechiel prophetizant.
461 Zedechias ultimus rex Iuda annis xi.
Pithagoras Samius, Epimenides Cretensis Philosophi, Sibylla Cumana, uel Amalthea, florent.
Astyages aut Astibarus, ultimus rex Medorum, post quem Persis regnum traditur.
Massilia Galliæ ciuitas à Phocensibus conditur.

Hic

Hierusalem cum templo subuertitur.
4609 Dan Daniæ regnum inchoat. 590

Quinta ætas Mundi.

EA hinc ad Christi natiuitatem usque est. Continet apud omnes commu-muniter 589. annos. Nonnulli duos addunt.

4611 Captiuitas siue transmigratio Babylonica fit, regni Zedechiæ anno decimo. 588

4620 Seruius Tullus Romanorum vi. rex. 576

Nabuchodonosor xi. Chaldeorum quartus rex.

Crœsus nonus & ultimus Lydorum rex ditissimus, qui subacta Grætia, post decimumquintum annum à Cyro deuincitur,

Anaximander philosophus, & Aesopus fabulator clarent.

4640 Cirus regnum Persiæ feliciss. inchoat, tenetque id annis triginta. 559

4555 Tarquinius superbus, septimus & ultimus Romanorum rex.

Malachias, Aggeus & Zacharias prophetę, cum Sibylla Hellespontica florent

Thamyris Scithiæ ac Massagetarum

regina Cyrum ſuperat.

1467 Cambiſes poſt patrem Perſarum ſecū dus rex. Hic Aegyptum ſubegit. 528

Iudith Holofernem obtruncat.

4680 Darius Longimanus, poſt Smerdim quartus Perſarum rex. 519



Lucretia Romanę pudicitiæ flos, Pindarus Thebanus poëta, Neemias Hebręus Propheta, clarent.

4712 Trecenti Fabij à Veientibus ocidun- tur.

Alexander Macedoniæ decimus rex.

Tribunatus offitij inter Romanos prima inſtitutio.

Democritus Abderites ridet.

Heraclitus & Diagoras Philoſophi.

4714 Xerxes Perſarum quintus rex. 485

The



Themiſtocles & Ariſtides Athenienſium, Pauſanias Spartanorum, duces.

Pericles Athenienſis, rogatu Aſpaſię uxoris, Samum expugnat.

Euripides, Sophocles, Aeſchilus poëtæ, ac Zeuſis pictor apud Græcos.

4735 Artaxerſes Longimanus rex Perſarum ſeptimus, annis Quadraginta.

4743 Lex decem tabularum Rhomæ à Decemuiris promulgatur. 464

Bellum Peloponeſiacum in Græcia geritur.

Phidias ſtatuarius claret.

4751 Aediles primum Rhomæ creantur. 448

Ezras propheta, Anaxagoras, Empedocles, philoſophi. Herodotus, Thucidides hiſtorici, Ariſtophanes poëta.

Hippocrates Cous, Medicinę parens.
4760 Zeno stoicus & Socrates philosphi.
Sub hoc tempus Scithæ, qui postea Si
cambri, tandem Franci dicti sunt, primũ
in Germaniam aduenere.
776 Darius Nothus x. rex in Persia. 423
Lacedæmonij & Athenienses confœ
derantur.
Dionysius Syracusanus tirannus.
Alcibiades imperator & Philosophus
Atheniensis.
7495 Artaxerses ij. cognomento Memnon 404
uel Asuerus rex Persarum xi.
Camillus Romanus, Valiscos & Vei-
os superat.
4805 Isocrates Orator, Plato, Epicurus, Di 394
ogenes, Xenophon, phisophi. Metasthe
nes Persarum historicus, &c. florent.
4809 Senones non Galli, sed Sueui Germa- 380
ni, Rhomam, præter Capitolium, inua-
dunt, duce Brenno, rege ipsorum.
4840 Mediolanum conditur à Germanis. 359
Camillus in Galliã Germanos fugat.
4845 Artaxerses iij. qui & Ochus, rex duo- 354
decimus in Persia.

De

4856 Demosthenes orator, Aristotiles, Xenocrates philosophi, clarent.
Herostratus templum Dianę in Epheso succendit.
Alexander Epirotarum rex, in Italia occiditur.



4874 Alexander Magnus xxiiij. Macedonum rex, orbem iuuenis subegit.
4879 Alexandria Aegypti extruitur. 320
Pyrrhus Epirotarum rex inuictiss.
4900 Tonsores primum ē Sicilia P. Ticinius Rhomam adduxit.
Theophrastus, Demetrius Phalereus philosophi clarent.
4906 Menander & Philemon poëtæ. 293
4929 LXXII. Interpretes Bibliæ. 270
5009 Romani deuictum ad Thermopylas 191

Antiochum tributarium fecere.

Plautus, Næuius, Ennius poëtæ claru erunt.

Gemmarum luxuria primum deuicta Asia, Rhomam illata est.

5021 Philo sapiens Iudæus, Nicander Græ 178
cus poëta, et M. Portius Cato Romanus uigent.

Gotti ac Dani Saxoniæ regnum uaſtant.

Hannibal apud Prusiam Bithiniæ regem ueneno perit.

5032 Antiochus illustris septimus Asiæ & Siriæ rex, qui Ierusalem cepit, atque Templum prophanauit.

Tertium bellum Punicum, & excidi= 134
um Carthaginis per Rhomanos.

Tiberius Gracchus tribunus plebis legem agrariam Rhomæ promulgat.

Bellum Numantinum Rhomani inchoant.

5067 Terentius Carthaginiensis, & Pacuui 132
us poëtæ Latini.

C. Marius Cimbros ad Rhodanum, 99
cum rege ipsorum Teutobocho uicit.

Bel=

5104 Bellum Iugurthinum Rhomani in Aphrica ſedant.

Lucius Caſſius Rhomanus à Tigurinis Germanis deuincitur.

Florentia Hetruriæ urbs à Syllanis cõditur primum.

Manlius & Seruilius Cœpio Proconſules à Germanis trucidantur.

Aquilius bellum ſeruile in Sicilia compeſcit.

5117 Philippus ultimus Aſiæ & Siriæ rex, ſub quo regnum in Romanorum ditionem per Gabinum Conſulem transfertur. 82

Sociale bellum contra Romanos, exurgit in Italia.

5123 Ptholomeus Sother, â matre eiectus, recuperat regnum Aegypti denuo.

Londinum Britannię urbs ædificatur primum.

Bellum ciuile contra patriam Sylla excitat.

Mithridates Ponti & Parthorum rex uigintiduarum linguarum peritus, à Romanis tandem ſuperatur. 72

5139 Cathilina seditiosus in agro Pistorien si à Caio Antonio bello perimitur. 60



5143 C. Iulius Cæsar, Hispaniæ Questor, suæ pertesus ignauiæ, in urbem reuersus, Pontificatum maximum adeptus, Prætor & Consul creatus, Gallias intra decẽnium debellauit, Germanos non sine calamitate suorum in syluas compulit. Britannos primus tentauit. Quatuor duxit triumphos. Pompeium Pharsalico fudit prælio. Clementiæ insignis, qua usque ad pœnitentiam omnes superauit. Sed habuit hic animus tam bellicosus quibus argui at uix carere potuit. Obæratorum, prodigæque iuuentutis subsidium fuit unicũ, pronus ac sumptuosus in libidines, Rapinis & sacrilegijs obnoxius, Eloquentia 56

ue-

Cæſar/

uero tanta, ut Cicero dubitaret cui Cæſar deberet cedere. Dictaturam inuaſit perpetuam, cuius dominatione abuſus, tribus & uiginti plagis confoſſus ab amiciſſimis periјt. lxvi. ætatis anno.

Caſſius Romanus capta Iudæa, templum ſpoliat Hieroſolomis. 42



Octauius Cęſar Auguſtus, patre Octauio & Actia Cæſaris nepte genitus ix. Kal. Octob. M. Tullio Cicerone & Antonio Coſs. Quinque bella ciuilia uictor geſſit. Iulij interfectores uindicauit. M. Antonium apud Actium uicit. Prouintiis domitis, cum duas accepiſſet clades, in Germania, penè exitiabiles, Lollianam, & Varrianam, Ianum clauſit. Vrbem optimis inſtitutis & operibus magnificen- 41

tiſſimis excoluit, Hinc merito Parens patriæ, & primus Auguſtus ab uniuerſis ſalutatus eſt. Qui toties petitus inſidijs, tandem Nolæ obit, eodem in cubiculo quo pater, ætatis anno 76. cum imperaſſet 56. Prĩceps haud dubie feliciſſimus, ſub quo Chriſtus lux orbis naſci uoluit, anno 42. Auguſti.



Octauius pater Auguſti & re & æſtimatione magna fuit, amplis enim innutritus opibus, honores & adeptus eſt facile, & egregie adminiſtrauit. Macedoniæ præfuit non minore iuſtitia quàm fortitudine, ex qua cum diſceſſit, morte obijt repentina, ſuperſtitibus liberis Octauia maiore, quam ex Ancharina tulerat, quæ poſtea nupſit M. Antonio, & Octauia, minore & Auguſto, quos ex Actia.

Vergilius, Horatius, Macer, Manilius, Tibullus, poëtæ. Antonius Musa, medicus florent.

Francus Antharij filius, Sicambrorũ rex fit, à quo gens hęc Francica dici postmodum cœpit.

Sibylla Tiburtina in Italia fulget.

Lugdunum Galliæ ciuitas, conditur hoc tempore.

Cornelius Gallus, Ouidius, poëtæ, T. Liuius, Va. Maximus, Cornelius Nepos Strabo, historici uigent.

5180 Arminius rex Cheruscorum treis legi 19
ones Rhomanas cum Varo Quintilio in Germania occidit.

Maria uirgo nascitur in Iudæa.

5181 Germani inter Albim & Rhenum, à 18
Tiberio Nerone debellantur.

Sexta Aetàs.

SExta ætas à natiuitate Christi seruatoris incipit, duratq; ad finem usque
5199 & consumationem omnium seculorum. 0

IESVS Christus saluator hominũ nascitur in Bethleem Iudæ, octauo Calend.

Ia-

Ianuarij, Imperij Augusti 42. anno. qui erat à Mundi principio, secundum Hebræos & Bedam 3952. Secundum Eusebium, 5199. secundum Orosium 5200 Iuxta uero Astronomos 5328. Deniq; iuxta Alphonsum erat 6984. annus.

5202 Herodes Ascalonita ob Christum necat infantes. 3

5205 Herodes scaturientibus ex se uermib. perit. 6

Herodes Antipas Galliæ præficitur, ac regnum Iudæorum in tetrarchas scinditur.



5224 Tiberius Nero Cæsar, patre eiusdem nominis. Imperium adeptus primum dissimulato ingenio & matris reuerentia non incommodè administrauit, mox luxuria 15

uria, cõmessationibus ac cedibus uacans, fraude Caligulæ nepotis perit, 78. ætatis. 23 Imperij anno. Verum anno xviij imperij, Christus seruator noster cruci adfixus est à Iudæis.

Drusum & Germanicum ex Agrippina filios tulit, sed orbatus mox utroq; filio, Germanico in Siria, Druso Romæ.

Pilatus Pontius Iudeæ præficitur.

5228 Ioannes Baptista in deserto prędicare incipit. 29

5233 Stephanus lapidatur. 34

Saulus ad Christum conuertitur.

5235 Herodes Iacobum obtruncat. 36





C. Cæsar Aug. Germanicus, ex Germanico & Agrippina. à calciamento militari Caligulę nomen traxit. In auum Tibe-

uo mal. ... (handwritten)

berium tanti fuit obſequij, ut dictum ſit. Nec ſeruum meliorem ullum, nec domi num fuiſſe deteriorem. Naturam in ado leſcentia probroſam cohibere non potu it, quin animaduerſionibus & ſupplicijs cupidiſsime intereſſet. Populo Rom. ob patris memoriam magis commendatus, quàm ingenio ſuo, Imperiũ adeptus, ab initio principem egit, mox monſtrum et facem humani generis, quod nefaria uox etiam oſtendit, cum identidem fremeret. Vtinam Po. Rom. unam haberet ceruicem. Et illud: Oderint dum metuant. Sorores ſuas proſtituit, unamq́ ex eis etiam mortuam adamauit, nempe in cuius concubitu ab auia deprehenſus. Dignam igitur uita mortem nactus, Chereæ ferro occumbens anno ætatis 23. Imperij 4.

Petrus carcere per angelum eductus, Antiochenam firmat eccleſiam.

5240 Matthæus in Iudæa ſcribit Euangelium. 41

Pontius Pilatus ſeipſum perimit.

Ti-



Tiberius Claudius Cæſar Cal. Auguſti, Iulio Antonio, & Fabio Affricano, Coſs. ex patre Druſo & Antonia minore Lugduni natus, à qua portentum hominis dicebatur, necdum à natura abſolutus, ſed tantum inchoatus: Ac ſi quem ſocordię argueret, ſtultiorem aiebat filio ſuo Claudio. Nec tamen adeo ſtupidus, quin græce & latine optime ſciret, & xl. hiſtoriarum libros conſcriberet.

Quinquagenarius cum inter prætenta foribus uela latitaret, extrema pertimeſcens, ad Imperium tractus eſt, Primuſque Cæſarum fidem militis præmio pignoratus. In cognoſcendo ac decernendo mira uarietate uſus, modo circumſpectus & ſagax, Interdum inconſultus, ac præceps, mox friuolus & amenti ſimilis.

Mundi Expeditõem unam omnino habuit Britannicam, quam intra ſex menſes confecit. Et cum Imperium ſocordia & crudelitate per annos 14. uexaſſet, uxoris ueneno perijt. Anno ætatis 64. Christ.

Marcus Euangeliſta Alexandriæ an nunciat Chriſtum. 44

5247 Sub Cumano Iudeæ Procuratore, in ſeditione pereunt Iudæorum 30000.

Hebion & Nicolaus hæretici. Seneca ſtoicus, & Dionyſius Areopagita Philoſophi. Statius, Lucanus & Perſius poëtę claruerunt.

5249 Fames per orbem ab Agabo uaticinata, Actorum 11. 51



5256 57

Domitius Nero 18. Kal. Ianuarias, ex Gn. Domitio Nerone patre, & Agrippi

na

na Germanici filia procreatus. Quo ædito, statim prodigiosa uox patris gratulantibus amicis excepta, nihil ex se & Agrippina, nisi detestabile & malo publico nasci potuisse. Trimulus patrē amisit, mox matre relegata, inops apud amitam sub duobus pædagogis, saltatore & tonsore nutritus. Seneca præceptore usus græcā & latinam edoctus linguas, ad necem eū compulit. Christiani sub eo primum adflicti supplitijs. Musica mirum in modū delectabatur. In tantum libidini deditus ut puerum exectis testibus in muliebrem transformaret naturam, seq; ipsum prostitueret. Sacrilegus & parricida, ut nec hominibus, ita nec mœnibus Patriæ pepercit, quam in multis incendit locis. Sic omnibus uitæ probris contaminatus seipsum interfecit, et Domitiorum monumēto conditus anno 32 ætatis. 14 imperij. In eoq; Cæsarum progenies defecit.

Seneca

Gn. Domitius Nero ex Antonia maiore genitus, pater Neronis: omni parte uitæ detestabilis, homicida, perfidus, maiestatis, adulteriorum, incestiq; cum soro

re Lepida reus factus: Tandem morbo aquæ intercutis decessit, sublato prius filio Nerone ex Agrippina.

Andromachus medicus, theriacæ in- 60
5259 uentor.

Nero primam in Christianos exercet 70
5269 persecutionem, in qua Paulus doctor gẽtium, & Apostolus Dei obtruncatnr.



Sergius Galba, M. Valerio Messala, & Cn. Lentulo Coss. IX. Cal. Februarij ex Sergio Galba patre, & Numia Achaia matre genitus, nobilissima et eloquentissima familia Sulpitiorum, liberalibus artibus institutus, & Iuri operam dedit, per-

Mundi. perq́ dignitatis gradus ad Proconsulatũ Christi
Hispaniæ euectus. In coërcendis delictis immodicus, sæuitia & auaritia æque infamis, propterea inuisus militibus, ad lacum Curtium in foro Rhomano iugulatus est, caputq́ ad Othonem delatum, qui lixis & calonibus donauit, à quibus centum aureis redemptum, cum trunco reliquo, in priuatis hortis Aureliæ uiæ, tumulatum est. Anno ætatis LXXIII. Imperij mense VII.

Serg. Galba, Imperatoris Galbæ pater, uir Consularis, quanquam breui corpore, atq́ etiam gibber, modicæq́ in dicendo facultatis, caussas tamen actitauit, & uxores habuit, Numiam Achaiam & Liuiam Ocellinam, ditem admodum, & pulchram, à qua nobilitatis causa non formæ adpetitus fuit.



M. Siluius Otho, Camillo Aruncio et 71
5270 Domitio Oenobarbo Coss. natus ex L. Siluio Othone patre, & Albia Terentia matre, prodigus ac procax in adolescentia, Neroni adeo familiaris, ut etiam riualis fuerit, In Galbam & Pisonem conspirauit, quibus trucidatis imperium nactus ad quatuor uix menses obtinuit: à Vitellio enim apud Bebriacum, inter Veronã & Cremonam uictus, seipsum infra læuam papillam uno ictu transfixit, 38 ætatis anno. Adeo autem militibus charus, ut multi uim uitæ, non procul à rogo intulerint: multi præ dolore armis ad internitionem concurrerint.

Pater huius L. Otho ob imperia ordinaria seuere gesta, statuam meruit in palatio.

A.





A. Vitellius Vitellium & Sextiliam, parentes habuit. Primam egit adoleſcentiam inter Tiberiana ſcorta, quare perpetuo Spintrię cognomine notatus: ſequẽtem ætatem omnibus probris contaminauit, hinc precipuum in aula locum tenuit apud C. Claudium, Neronemq́ꝫ Cæſares, à quibus & honoribus & ſacerdotiis auctus. A Galba in Germaniam miſſus inferiorem, factione militari imperium arripuit, quod uix octimeſtre obtinuit, & arbitrio uiliſſimi cuiuſqꝫ nebulonis adminiſtruuit. Othone interfecto, campos in quib. pugnatum eſt adijt, tabemq́ꝫ cadauerum deteſtabili uoce confirmauit Optime olere occiſum hoſtem, & melius ciuem, Ad cædem igitur cuiuſqꝫ, qua-

cumq; de causa, pronus, tandem Vespasiano à militibus Imperatore declarato, cōcordiam ambiebat, qua frustra tentata, è latebra extractus, ligatis post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, in forum tractus, mucrone sub mentum posito, ut uisendam preberet faciem, stercore iactatus, & minutissimis ictibus excarnificatus, uncoq; in Tyberim tractus. Anno uitæ LVII.

L. Vitellius pater, Exconsul Syriæ fuit, Consulatus duos, & Censuram gessit, Absenteq; Claudio Imperatore, curam Imperij sustinuit, uir innocens & industrius, Sed qui supra modum adulationi deditus fuit, ita ut pro maximo haberet munere, cum Claudij uxor sibi prebuisset excalciandos pedes, socculumq; eius gestans nonnunquam exosculabatur. Amore etiam Libertinæ par infamis fuit, cuius saliuis melle cōmixtis, fauces pro remedio fouebat.

Ex Sextilia uxore duos filios, antequā discessisset Paralysi, Consules uidit.

Ve-





Veſpaſianus Imp. XV. Cal. Decembris, Qu. Sulpitio Camerino, C. Pompeio Sabino Coſs. ex Flauio Sabino Veſpaſiano patre, & Veſpaſia Polla matre procreatus eſt. Expeditiones duas ſub Claudio feliciter legatus ſuſtinuit, Germaniȩ & Britanniæ. Deinde ad comprimendũ in Oriente motum delectus eſt, auctoq; exercitu ibidem à militibus Imperator ſalutatus. Hieroſolymis expugnatis in urbem reuerſus, per totũ tempus nihil antiquius habuit, quàm adflictam Remp. ſtabilire & ornare. Vrbem incendijs deformem operib. nouis refecit. Inimicitiarũ minime memor, Inſoleſcentib. amicus & comis, nullius cæde gauiſus, imo uel iuſtis ingemuit ſupplitijs. Sola in eo culpabilis fuit pecuniæ cupiditas, ut etiam uri-

næ uectigal instituerit. Annis 10 cum imperasset, inter manus subleuãtium extinctus est dicens: Imperatorẽ stantem mori oportere, anno ætatis 69.

T. Flauius Sabinus, pater Vespasiani Imperatoris ex T. Flauio Petronio municipe Rheatino natus, expers militię, Publicanum in Asia egit, & postea fœnus apud Heluetios exercuit, ibiq; diem obijt, superstitibus duobus ex Pollia liberis, Sabino & Vespasiano.

Hierosolimorum euersio & excidium. 75

Asconius Pedianus Grammaticus.



5281 Titus Vespasianus, ex Vespasiano patre, & Flauia Domicilla matre progenitus, amor & delitiæ humanæ in puero adhuc, animi & corporis dotes explenduerunt. 82

erunt, docilitas inerat ad omnes belli & pacis artes: latinæ, græcæq; linguæ, uel in orando uel in fingendis poëmatibus prõptus & facilis: ad perdomandam Iudęam à patre relictus, Hierosolimam cepit tanto fauore militum, ut Imperatorem eum consalutauerint, in quo tam liberalis extitit, ut etiam plura polliceretur quàm præstare posset: ob ea dixit. Neminem oportere à principe tristem discedere. Recordatus quandoq; super cœnam, nihil cuiquam tota die præstitisse, memorabilem effudit uocem, dicens: Amici diem perdidi. Quæ uirtutes anteactæ licentiam uitæ omnino obfuscarunt. Tandem nactus febrim, excessit eadem qua pater uilla, dicens, Eripi sibi uitam immerenti, neq; ullum suum factum extare pœnitendum, præter unum, quod tamen adhuc nulli proditum, Imperij anno II. ætatis XIII.

Arricidiam Tertullo patre equite Romano, & Præfecto quondam Prætoriarum cohortium prognatam, adhuc priuatus Titus duxit uxorem, quam absque liberis mors absumpsit.

Seruius Sulpitius Iureconsultus, Statius, Iuuenalis, Martialis poëtę, Iustinus
historicus hoc tempore claruit. 91



5298 Nerua Cocceius, mediæ nobilitatis oppido Narniensi genitus, priuatus, summa modestia & prudentia uixit, senex admodum & ualetudinarius, opera Parthenij, interfectoris Domitiani, ad imperiũ adscitus, in quo mox Christianos accusatos & relegatos absoluit & reduxit, tanta liberalitate in egenos, ut pecunię inops factus, uestes primum uasaq; aurea & argentea, suppellectilem deniq; pretiosam uendiderit, & liberos egestosos sumptu publico ali iussit. De suo arbitrio nihil unquam statuit, sed principes uiros in consilium adhibens. Licet autem summa uixe- 99

rit

rit integritate, tamen coniurationib. non caruit. quos omnes ciuili tulit animo, & Traianum, qui tunc Germaniæ præfuit, adoptauit, & Cæsarem dixit, Virtutem hominis, non genus aut patriam, inquiens, spectari oportere, Demũ morbo extinctus, anno Imperij 1. mense 4. ętatis 71 Corpus à senatu ad Augusti sepulchrum funeratũ. Hucusq; Roma Imperatores dedit.



5299 Traianus, M. Vlpius Crinitus antea dictus, natus in Hispania, familia magis antiqua q̃ clara, apud Agrippinam Imperator factus anno ætatis 42. Nullus in eo liuor, nulla malignitas, nullum omnĩo perdere studuit, bonos, studiosos honoribus auxit, delatores à se reppulit, ira nunquã 100

quam uictus: Obseruari quam timeri malebat, charus ciuibus, hosti formidulosus Dacos et Partos, unde cognomina sumpsit, uicit. Pontem lapideum per Istrum fecit. uestes suas militibus ad liganda uulnera, diuisit, nec in bellorum studio urbanas res deseruit, Senatum patrem, se ministrum laboris uocans. Optimus igitur à Senatu iudicatus est. Vino & puerorũ amori, citra tamen libidinem & ebrietatem indulsit. Multis itaq; feliciter gestis, perijt apud Seleuceam Siriæ urbem, & in urbem relatus, ac urna aurea ad basim columnæ suæ conditus, cum imperasset annos 19. ætatis 65.

Plotina Traiani uxor, sine prole, huius opera Hadrianus adoptatus, ad imperiũ peruenit, qui defunctæ sacram extruxit ędem, maximis sumptibus apud Nemausum.

Ignatius S. Ioannis discipul. necatur.

Suetonius, Plutarchus, Plinius secundus. Item Basilides hæreticus, Rufus medicus uigent.

Ae-





5318 Aelius Adrianus ex Aelio Hadriano patre Aphro conſobrino Traiani & Domitia Paulina matre natus. Adoleſcens peritiſſimus, cupiens omnes in quacunq; diſciplina ſuperare. Omnia ad priuati hominis modum fecit. Remp. ita geſſit, ut rem populi eſſe, non ſuam. Optimis inſtitutis rem militarem iuuit. Venandi ſtudio ad inſaniam tenebatur. Frigora & tempeſtates tam patienter tulit, ut nũ ꝗ caput tegeret. Expeditões ſuſcepit, Pãnonicam, Iudaicam, Gallicam, Britannicam & Germanicam. Peregrinationis adeo ſtudioſus, ut ingenti celeritate, totũ penè orbem peragrauerit. Primuſq; Cæſarum barbam nutrire ceperat. Fluxu ſanguinis perijt anno ætatis 63. Imp. 21. 119

Te

Telephorus Græcus, papa, Quadragesimale Ieiunium instituit. 129

Higinius grecus, papa, cõstituit chrisma & compatres ad Baptismum Christianorum.

139



5339 Titus Aurelius Fuluius Boionius Antoninus pius, ex Aurelio Fuluio patre & Arria Fatidilla matre procreatus, 13. cal. Octob. sub Domitiano & Cornelio Dolobella Conss. priuatus in agris frequentissime uixit, Questuram, Præturam, & Consulatus gessit. Ex quattuor Consularibus unus, quibus Italia ab Hadriano regenda commissa fuit. Imperium adeptus Pij cognomento ob clementiam honoratus, per legatos bella gessit, dicens, grauẽ esse Prouincialib. comitatũ Principis, ma- 140

ioris quoqꝫ apud exteros fiebat, quàm ul lus ante eũ princeps. Pacem unice custo= diuit, dicens se malle unum ciuem serua= re quàm mille hostes occidere. Prouinci as magis defendit quàm auxit. Seditões modestia & grauitate cõpressit, uixit fer mè solus princeps sine ciuili & hostili san guine. Senatui tanqꝫ priuatus detulit, un de Pater patriæ dictus. Decessit febre, apud Lorios, septuagenarius, anno im= perij XXIII. Mœrore omnium Ordi= num sepultus in Hadriani mole.

Aurelius Fuluius pater Antonini Pij originem è Gallia transalpina, s. Nemau sensi traxit, Consul et Prætor urbanus fu it, homo tristis & æger.

Pius Aquileiensis papa, instituit festũ Paschatis in diem dominicum. 143

Ptholomeus Astronomus & Geome ter insignis Alexandriæ claret.

Taurus, Phauorinus, Gellius, Philo= sophi. Trogus historicus, Iustinus Chri= stianus ac Policarpus episcopus uigent.

Cl.

Claudius Galenus Pergamensis Medicus clariss.

5355 Anicetus Syrus, Papa, uetuit clericis comam & barbas. 156





5362 M. Aelius Aurelius Antoninus Philosophus, ex patre Annio Vero, & Domitia Caluilla matre natus Romæ. A prima infantia supercilij stoici, Philosophorum præceptis traditus, tantum in eis operis & laboris impendit, ut etiam corpus adfligeret, et cum hoc pingendi artem didicit. Antonius Pius hac conditione ab Hadriano adoptatus, ut hunc Marcum, & M. L. Commodum adoptaret. Quã tamen adoptionem hic Marcus ægrè tulit, quia inuitus de maternis cessit hortis, statimq; Cæsar à Pio designatus, per omnes 163

nes gradus dignitatum aſcendit, & uolũ= tate principis & Senatus: poſt Pij exceſ= ceſſum coactus à Senatu ad curam publi= cam L. Aurel. Verum fratrem & gene= rum ſibi Imperij deſignauit, tuncq; pri= mum Ro. Imperium duos cepit habere Auguſtos. L. Verus ad Parthicum bellũ miſſus, ipſe Romæ manſit. ad bellũ Mar comannicum ambo profecti, L. in itine= re perijt, quo mortuo ſolus remp. tenuit, et bellum inceptum confecit. Commodũ filium Cęſarem fecit. Tandem cum amo re omnium imperaſſet annos 18. Vitæ 61. diem ultimum clauſit.





Annius Verus, pater M. Antonini Imperatoris, qui in prętura deceſſit, auus eiuſdem nominis iterum Conſul & Præ

fectus urbis fuit, ascitus in patricios à Vespasiano & Tito principibus.

Domitia Caluilla, Caluisij Tulli bis Cõsulis filia, Marci Imperatoris mater fuit.





Faustina ex Antonio Pio & Faustina coniuge Marci uxor & consobrina, Gladiatoris amore nimio tabescens, epoto eius cruore cum uiro concubuit, & Antoninos: Geminum qui quadrimus obijt, et Cõmodum procreauit, Lucillamq; quã fratri L. Vero despondit, & deinceps Claudio Pompeiano.

In secessu Prænestino agens Marcus Imp. filium nomine Verum Cæsarem, execto sub aure tubere: septẽnem amisit, quem nõ plus quinq; dieb. luxit, statuas et imaginem aureã Circensib. portari decreuit, nomen eius saliari carmĩe cantatũ

Mundi. Montanus & Apelles Cataphricarũ Christ.
hæresim seminarunt,
Scæuola Iureconsultus, Marullus poë
ta, florent.
5377 Lucius Britanniarum rex ad Christũ 178
conuertitur.





5381 L. Aelius Aurelius Commodus An= 182
toninus, ex M. Antonino Philosopho et
Faustina, omnibus certè incommodus,
patre patruoq; Coss. natus, pridie calen.
Septemb. qui & Caligulæ dies natalis fer
tur, quare ijsdem penè moribus. Pueritiã
pater optimis instituit preceptoribus, sed
nihil profuerunt, ad ea enim pronus quę
minime ad principis animum pertinent,
gladiatōem, saltare, cantare, scurram age
re, xij. annoꝝ crudelitatis inditiũ prębuit

Balneatorem in fornacem coniјci man= dans, potauit in lucem, tabernis indulſit, cum trecentis concubinis, trecentiſq́ pu= beribus exoletis per conuiuia, & balneas debacchatus eſt. Lucillam ſororem occi dit, reliquas ſtuprauit, omni parte corpo ris in utrumq́ ſexum pollutus. Prouinci as omnes uendidit, Ciues & Conſulares interfecit. Romam Commodianam uo= cari uoluit: Omnibus ſtupris, & ſan= guine contaminatus, à Martia cõcubina & alijs ſtrangulatus eſt. Corpus unco trahendum in Tyberim Senatus uoluit, petitione tamen Pertinacis, in Hadriani monumentum tranſlatum, Anno Impe= rij 13. Vitæ, 32.

Criſpina Commodi Imperatoris uxor, cuius dolo, Lucilla ſoror coniurationis in fratrem accuſata, perijt.

5349 P. Aelius Pertinax Ligur Imperator regnat ſex tantum menſibus, & à militi= bus occiditur. 195

Di=



Didius Iulianus Mediolanensis, occiso Pertinace imperat VII. mensibus, atque in palatio à gregario milite occiditur Corpus uxori & filiæ sepulchro est redditum, & in Saluij Iuliani proaui monumēto reconditur, anno ætatis 56. Impe. mense 7.

Prima dissensio inter Romanam et Asianam ecclesiam, propter festū Paschæ.





5395 L. Septimius Seuerus Pertinax, solus 196

omnium ex Aphrica princeps, patre Geta ex Lepti ciuitate, matre Fuluia pia natus, Erutio Claro ij. & Seuero Coss, Pueritiam Græcis & Latinis instituit literis, ita ut etiam decimo octauo anno publicè declamauerit, Matheseos peritissimus, Legatus Proconsularis Aphricæ, Lugdunensem prouinciam in Gallijs, à quib. summopere dilectus, Deinde Pannonias & Siciliam sorte meruit, auxilioq; Læti Germaniæ preponitur, ubi famam et nobilitatem auxit, & à quibus post mortem Commodi, imperator salutatus, et occiso Iuliano Romam uenit, adeo necessarius Reip. ut aut nunquam mori, aut nunq; nasci debuerit. Arabes, Parthos & Adiabenos, unde cognomina sumpsit, in ditionem redegit. Perijt Eboraci in Britannia morbo articulari, quam pacatam reddidit, & uallo cinxit, anno imper. 18. ætatis 70. illatusq; sepulchro M. Antonini.

Tribunatu plebis à Marco Imper. donatus Seuerus, uxorem Martiã duxit.

Zepherinus papa, ad sacrificia uitreũ calicem statuit habendum.

Ar-

Artabanus Parthorum rex.

Tertulliãus, Simachus, Hireneus Lugdunensis Theologi clarent.

Origenes Alexandriæ claret, cuius pater Leonides martirio coronatur. 204

4512 Bassianus Antoninus Caracalla, Imperator, regnat post patrem annis fere septem. In Parthia per couiurationem interemptus est. 213

Papinianus Iureconsultus, et Quintus Serenus medicus florent.

5418 Opilius Macrinus Imperator, regnat cum filio Diadumeno, annum, & duos menses. Ambo in Calchedone interempti sunt. 219

5419 Varius Heliogabalus Antoninus Imperator: ex adulterio genitus, Cunctorũ eius ętatis adolescentium formosissimus Milites Ro. ab auia eius nũmis corrupti, contra Macrinum eum Imperatorem dixerunt. Romam ueniens, matrem in Senatũ duxit, & prima uiri loco sententiam rogata. Is statim monstrũ hominis se exhibuit, nupsit & coiјt, potator, leno, popinarius, occisus in latrina ętatis an. 17. imp. 3. 220





5423 Aurelius Alexander urbe Arcena ex 214
Mammea matre (quam plæriq; Christianam fuisse uolunt, & Origenem religionis causa Romam accersisse) & Vario patre genitus, consobrinus Heliogabali. Alexianus ab auo prius dictus. In pueritia statim non unum passus est præterire diem, quo se non in literis uel ad militiam exerceret, facundiæ græcæ magis quam latinæ, in uersu non inuenustus, mireq; pinxit. Duas omnino expeditiones fecit, Persicam & Germanicam. Regem Ataxerxem in Persia adgressus, nec uictus, nec uictor abijt: audatia & seueritas in militibus uel arguendis uel puniendis non defuit, quibus etiam per Præconem edici iussit: Quod tibi non uis, alteri ne feceris.

Ne-

Nemo à latere eius tristis submouebatur adeo blandẽ & affabilem se præbuit omnibus. Christum in larario suo coluit, cui & templum facere uoluit. Ad Germanicum bellum, inuitis omnibus profectus, quorum uastatione Gallia diripiebatur, tumultuantibus igitur his in Galliæ uico (quidam uolunt ad Moguntiam Rheni) unà cum matre occisus est, Imper. an. 13, ætatis 29.

Martiani filiam uxorem duxit, cuius detecta factione, eam abiecit, et Memmiam Sulpitij Consularis filiam accepit.

Origenes Theologus, Vlpianus Iure consultus, Victruuius architectus clarẽt.



Maximinus Iulius è Thratia oriundus parentib. barbaris, in pueritia pastor, &

ob corporis proceritatem sub Seuero mi
litauit à Caracalla et Macrino adamatus
quia amphoram Capitolinam sæpe uno
die hausit, & 40. libras carnis deuorauit.
Alexandro interfecto ab exercitu, cuius
dux ordinum fuit, imperator eligitur, &
Augustus, contra Senatus uoluntatem
dicitur, statimq; omnes Alexandri mini-
stros trucidauit, suis confisus uirib. quasi
non posset occidi, ad Germanicum bellū
maximo apparatu uenit, prædaq; onus-
tus abijt, alieno malo pecuniam quęsiuit,
delatores euexit, ex ditissimis pauperri-
mos fecit, multos consulares & duces in-
teremit, cuius crudelitatem experti ab eo
defecit exercitus Aphricæ, Gordianum
proconsulem unà cum filio imperatores
dixere, sed Capeliani ducis Maurorum
auxilio interempti sunt. Maximinus ue-
ro unà cum filio formosissimo, Cæsareq;
Italiam deuastans, cum Aquileiam obsi-
deret, à militibus occisi sunt, capita Ro-
mam missa, dicentes, Ex pessimo genere
ne catulum quidem habendum. an. imp.
3. corporaq; in profluentem missa.

Gor

440 Gordianus post auum & patrem suũ & Pupienum, Balbinumq́;, regnat annis sex, interfectus est Philippis. 241





M. Clodius Pupienus Maximus, & Decius Cælius Balbinus uiri consulares, hic Cæsarem, ille Catonem repræsentauit. Imperatores ex Senatus decreto facti, contra furorem Maximinorum: plebs uero Maximi seueritatem experta, suffragijs suis Gordianum infantem Cæsarem dixit. Maximus homo nouus, cuius pater faber ferrarius, mater Prima dicta nomine, rei militari unice adhęsit, per omnes ferme gradus dignitatũ euectus, quibus generis ignobilitatem splendore uirtutis illuxit: legatus Sarmatas cõtudit

Ad

Ad Rhenum rem contra Germanos feliciter gessit, ad bellum contra Maximinum missus. Balbinus in urbe mansit ad populi seditionem comprimendam. quę tum maxima fuit, nec oppressisset seditionem, nisi infantem Gordianum ostendisset, quo uiso, statim à conflictu cessatū est. Sed æmulatione inter principes orta causam militibus prebuit eos interimendi, neque huic clementia, necꝫ illi seueritas profuit. Imperarunt biennium.



Gordiano III. Gordiani senioris nepoti, Maximo & Balbino interemptis, summa rerum imposita est, & prius Cæsar, populi fauore, nunc Senatu approbante, Augustus est dictus. Huic iuueni sententia excidit celebris, ad Misitheum socerū di-

dicens, Miserum esse imperatorem apud quem uera reticerentur, qui cum ipse publice ambulare nō posset, necesse sit ut audiat, & uel audita, uel à plurimis roborata confirmet. Persas uicit, totumq; Orientem Romanis consilio & uirtute Misithei reddidit, Præter ætatem nihil ei defuit. Dolo tandem Philippi Arabis socer perijt, Gordianusq; odium factus militibus, à nouem occisus est, cum imperasset annis 6. ætatis 22. Vxorem duxit Misithei doctissimi uiri filiam.



M. Iulius Philippus ex Arabia, obscuris natus parentibus, patre ductore latronum, à teneris annis militiæ deditus, fortuna comes ordinis, statim dux, dein præfectus prætorio, mox imperator Arabi-

ca factus perfidia, cum Persis fœdus percussit, Mesopotamiã et Arabiam hostib. relinquens, in patria urbem condidit, à se Philipopolim dixit, Ludos Romæ magnificos dedit. Interim Scithæ à Romanis defecerunt, contra quos Marinus dux limitis Sarmatici, et Imperator ab exercitu est dictus: in quem Decius missus, Marinus militari seditione oppressus, eundem Decium strictis coëgerunt ensibus sumere imperium. Philippus id ægre ferens, Veronam cum exercitu ueniens, à militibus cæsus est. Romęq; filius 12. annorum à Prætorianis, Imperij an. v. Cuius perfidia facit ut uix credatur fuisse Christiãus



5452 M. Q. Traianus Decius Pannonius, 257
cum filio Imperator Romanus, regnat
an-

annum & tres menses. Submersus est in palude Mœsiæ, dum Gottos fugeret.

Origenes obit anno ætatis lxx. Tyri sepultus.

Agatha & Apollonia uirgines, pro fide in Christum moriuntur.



C. Vibius Trebonianus Gallus, patriciæ gentis, Dux limitis Misię à Decio positus, dolo, non uirtute à legione Scithica imperium nactus. Tunc primũ Po. Ro. tributa pendere didicit ccl. drachmarum aureorum. C. Vibium Volusianum filium Cæsarem et Imperij cõsortem fecit. Interim Emilianus ã militib. Imperator dictus, quo Gallus & filius copias duxerunt ad opprimendũ eum, sed uicti & cæsi apud Interamnem, anno regni, 3. ætatis patris 47.



5458 254





P. Corn. Licinius, Valerianus, uir Cẽ
ſorius, ex patre Valerio Flacco, cuius no
bilitati mores reſponderunt. Sexagena=
rio maior, à militibus Alpinis, in Rhetia
et Norico agens, in Imperatorem electus
ſed maximam de eo ſpem fortuna fefellit,
Captus enim à Sapore, Perſarum rege,
eundem equum aſcendentem, dorſo ſuo
ſuſtentare coactus eſt, qua ſeruitute con
ſeneſcens, Gallieno filio ſumma rerum
com

commiſſa, luxui & popinæ dedito, in tantam calamitatem Romanũ deuenit Imperium, ut à Tirannis, etiam à fœminis in Gallieni contemptum occuparetur.

Valerianus uero iunior alia qu[illegible] lienus matre genitus; forma conspicuus, eruditione pro ętate clarus. Nihil memorabile in eo fuit, niſi quòd abſente patre, Cæſar & Auguſtus eſt dictus, qui miſerabiliter cum fratre Gallieno interemptus eſt, & circa Mediolanum ſepultus.

Ciprianus Carthaginienſis doctor & martir fulget. 259

Sabellius hæreticus ſurgit.

Laurentius Archidiaconus igne tor-
5462 retur. 263

Sub hoc tempus Germani Italiam & Gallias depopulantur, ac Gotthi Græciam.

Felix papa, altarium conſecrationem primus apud Chriſtianos præcepit.

Triginta Tiranni Romanorum Imperium diuerſimode atterunt quaſi.



Caſſius Labienus Poſthumus, uir Romanus & bellicoſus, cui Saloninus in curam traditus à Gallieno. Galli uero, nec Gallieni laſciuiam, nec filij pueritiã imperare paſſi ſunt, filium interfecerunt, et Poſthumum Auguſtum dixerunt, qui illis ſeptennio præfuit, à Lolliano cæſus.



Tetricum ſeniorem Galliæ præſidem uictoria poſt interfectum filium, ad Imperium iuuit, tanquam affinem.

Paulus Samosatensis, Martion, Manesq; hæretici Ecclesiam turbant.



5470 278

Fl. Claudius à quibusdam Dalmata, ab aliis Dardanus genere fuisse scribitur, ab hoc Constantinorũ familia orta: In eo Traiani uirtus, Antonini pietas, Augusti modestia, & magnoruuu principũ dotes emicuerunt, Aureolum Tyrannum à gubernaculis Reip. dimouit, post interfectum Gallienum, à militibus & Senatu Imperator creatus. Scithas, Quados, Celtas, & Herulos, qui prędæ cupiditate Romanum inuaserunt solum, fudit & cecidit, Daciam recuperauit. CCC. & XX. millia Gotthorum deleuit, Duo millia nauium submersit. In Alemannos

Ad lacum Benacum stragem edidit maximam. Morbo demum perijt Smyrnę intra secundum Imperij annum, nec ullam de se reliquit sobolem.



Aurelius Quintillus, frater Claudij, dux Italici præsidij, merito uirtutum à senatu Cæsar Augustus est adpellatus, ob temporis breuitatem, nihil memorabile gessit, xviij. enim die interemptus, uel ut quidam uolunt, cum nuncium accepisset Aurelianũ ab exercitu Imperatorem factum, uenas sibijpsi soluit, & uoluntarie discessit, duos reliquit liberos.

Val.



Val. Aurelianus, Syrmij ex Dacia familia obſcuriore natus. Truculentus & ſanguinarius, ſi res poſcebat, fuit. Sarmatas in Ilirico una die quadragintaocto interfecit ſua manu. Apud Mogunciacū tribunus legionis ſextæ Gallicanę. Francis in Galliam irruentibus reſiſtebat fortiter. Marcomanni circa Placentiam tantam ædentes ſtragem, ut Romanum penè ſolueretur Imperium, ab eo ſuperati ſunt. Gotthos trans Danubium uicit, & Ducem eorum interemit. Vindelicos obſidione barbarica liberauit. Monetariorum bellum compeſcuit. Deinde ad Ilyricum rediens, Perſis bellum indixit, malitia domeſticorum interemptus, anno 6. Imperij, ſola poſt ſe relicta filia.





Interfecto Aureliano, Interregnum 6 menſes fuit. P. Annius Tacitus, conſenſu Senatus & militum, è Senatore factus Imperator. Vir ſenex, doctus, & iuſtitia grauis. Togis ijſdem utebatur quib. priuatus. Cornelium Tacitũ hyſtoricum parentem ſuum dixit, & in omnib. Bibliothecis collocari et decies quotannis exſcribi iuſſit, ne incuria deperiret. Ob temporis breuitatem nil magni geſſit. Sexto .n. menſe interemptus eſt, uel ut quidam dicunt, febri apud Tarſum deceſſit.

Florianus frater, ex alio patre, ultrò Imperium ut hæreditariũ inuaſit, quod uix duobus tenuit menſib. Tarſi à militib. occiſus, aut ſolutis ſibijpſi uenis, occubuiſſe dicitur, cũ Probũ audiſſet imperare.

Au.



5478 Aur. Vale. Probus, ex ciuitate Syrmi 279
ensi Pannonię ortus, Tacito cæso, inuitus
ad Imperiũ uenit, Gallias à Germanis re
cuperauit. Nouem reges subiugauit, Sar
matas & Getas compescuit, Ad Orientẽ
omnia composuit, Saturninum tyrannũ
oppressit, Proculum & Bonosum, apud
Agrippinam Galliæ imperium cum ar-
ripuissent, superauit. Persicum bellum
parans, cum per Ilyricum iter faceret, à
militibus, quos nimium agitabat, & qui-
bus obiecit amplius necessarios non fore
milites, ubi hostes deessent, per insidias
interemptus est propè Syrmium anno 6.
Imperij.



M. Aur. Carus, inter bonos collocan- 284
5483 dus Princeps. Genus traxit è Romano
ſanguine. Rebus feliciter geſtis in Perſia
ictus fulmine dicitur dum ad Tigrim flu-
uium caſtra metitur, Imperij anno II.





Numerianus iunior Cari filius, Cæſar miles, poëta, & Orator ſui temporis potentiſſimus. Comes patri bello Perſico, quo mortuo oculis ex mœrore laborauit dumq; lectica portatur, factione Apri ſo-

ceri

ceri, qui imperium ambiebat, clam occisus, fœtore tamen cadaueris, homicidiũ est proditum, Aperq; inuasus, quem Diocletianus Augustus adpellatus, educto gladio mox iugulauit.

Carinus uero cum hæc resciſſet familiæ homicidia, in Gallijs statim imperij inuasit habenas, homo reuera sceleratissimus, totius ubiq; iuuentutis corruptor, uxores duxit nouem, pulsis plerisq; pręgnantib. Amicos relegauit optimos, pessimos quosq; adhibuit conuiuijs. At Diocletianum cum audiſſet imperare, contra illum multis prælijs conflixit, ultima tamen pugna apud Murtium uictus occubuit, unà cum patre uix biennium imperarunt.

Spartianus Eutropius, Vopiscus, Lãpridius, Capitolinus, Pollio historici.



5485 C. Aur. Vale. Diocletianus, Dalma= 286
ta, ex oppido Dioclea, obſcuris natus parentibus ab exercitu Imperator creatus, primus regiæ conſuetudinis formam magis quàm Romanæ libertatis inuexit, ſe primum adorari, & pedes exoſculari iuſſit, exornans calciamenta auro, gemmis, & margaritis. Maximianum Cæſarem, mox Conſtantium, & Galerium Maxi. Cæſares fecit. Diocletianuſq; ſe Iouium, Maximianus Herculium ſe adpellari patiebantur, Et poſt magnificum triumphum Diocletianus apud Nicomediam Imperij faſces depoſuit, decem annis priuatus uixit, cum imperaſſet annis xx. ętatis lxxviij. ueneno hauſto per formidinẽ, obijt.

Aſ-

Aſclepiodotus contra Allectum rex fit in Britannia, pulſis Romanis.

Sublatis regibus, Dani ſibi ex plebe dominos eligunt.

5500 Marcellus papa clericos à ſæculari po- 310
teſtate immunes fecit primo.

Arnobius, Lactantius, Euſebius, Lucianus, clarent.

5505 Diocletiana perſecutio in Chriſtiãos. 306



M. Aur. Maximianus Herculius, aſperi & feri ingenij Cæſar, à Diocletiano Auguſtus dictus. In Gallia tumultum ſedauit ruſticum, Deinde in Aphricam ſe contulit, Gentianos deuicit. Rebus undique pacatis, feliciterq́ geſtis unà cum Diocletiano, anno xx, Imperij faſces Mediolani depoſuit.

Tan

Tandem Massilię captus iussu generi Cō stantini strāgulatus est; soli profecto omnium post conditum imperium qui ex tāto fastigio sponte se ad puiuatam contulerint uitam. In Christianam sæuierunt plebem, potissimum cum tum temporis fuerit hominum genus seditiosissimum, cui præsentia tempora cum enormi displicebant libertate, ait Vopiscus.



Constantius Chlorus, à uirente colore cognominatus,& Galerius Maximinus Augusti appellati à senioribus Augustis, priusquam se Imperio abdicassent Constantius Romana prosapia nobilissima, tam modestus fuit ut cunctis se amabilem exhiberet, quare ipso regnante omnes cessauere motus. In Britannia obijt.

He-

Helena, uxor Constantij, ex qua Con stantinum Magnum sustulit, coactus au tem eam repudiare, ut Theodoram pri= uignam Herculij duceret: tota nostræ re ligioni fuit dedita, et diuinis aliquãdo mo nita uisionib. Crucem, in qua mundi sa= lus pependit, apud Hierosolimam reppe rit. Octogenaria diem obijt, & in templo xij. Apostolorũ à Constantino filio ere= cto, sepulchrum habuit.



Seuerus & Maximinus postquam Cõ stantinus Italiam et Aphricam reliquit, à Galerio ad Imperij molem iuncti, Cæ= sares & Augusti dicti sunt. Seuerum Ita liæ & Aphricæ pręfecit, Maximinũ Ori enti. Interim à Prætorianis Maxentius, Herculij, ut dicitur filius, non abnuente

Se

Senatu, Imperator factus, Contra cuius factionem Seuerus ueniens: at uirib. impar, fugere coactus, Rauennæq; cæsus. Licinius Maximino adoptatus, in morbum incidit, & ulcere inguinibus innato uermibus undiq; erumpentib. perijt: uir quidem illustris rei militaris gloria, uerũ sæuitia in Christianos crudelis, solusq; regnauit annos duos, cum alijs annos xvi. Maxentius uero ad pontem Miluium à Constantino superatus, anno Imperij septimo occiditur.



M. Iul. Licinius Licinianus in Dacia natus, genus ad Philippum referebat, parentib. tamen agricolis. Extrema pueritia militem eum fecit, belloq; Persico uirtus eius militaris cõtra Narsen enituit, ob hoc

hoc Seuero mortuo à Maximino cõsors Imperij factus, Augustus adpellatus est, & Illyrijs primo, deinde Orienti præfuit homo aulicæ uitæ, literis infensissimus, quas uenenum ac pestem asseuerauit, cõtra cuius tyrannidem, & in Christianos sæuitiam, Constantinus, qui tum Gallias rexit, profectus, in Pannonia eum primo uicit. Postmodum tentata sæpius fortuna in Asiam profligatus, à militibus occisus est septuagenarius, Imperauit cum alijs annos xiiij. Vxorem habuit Constantiam, Cõstantini Magni sororem, ex qua Licinium sustulit iuniorem, Cæsarem à Constantino postmodum creatum.



5507 Constãtinus Mag. patre Cõstantio, ma- 308

tre

tre Helena, in Britannijs natus, literis & moribus optime institutus, adolescens cõtra Sarmatas missus à Galerio, prȩter ȩtatem hostes profligauit, Ducemq́ eorum cepit: qua laude gliscentem fugiens inuidiam, ad patrem redijt, eo mortuo Gallias, Hispaniam, & Alpes obtinuit Cæsar. Literis Senatus accersitus Italiam uenit, totus relligioni Christianæ deditus, eius auspitio cum Maxentio conflixit tyranno, quo in gurgitib. absorpto, Licinium etiam superauit, Magniq́ cognomẽ meruit. Christum ab omnib. coli præcepit. Ex Fausta Hercul ij filia quinque liberos suscepit, Constantinum, Constantem, & Constantium, Helenam, & Constantiã. Ex priore autem uxore Crispum. Bizantium restaurauit, suoq́ nomine Constantinopolim et Neoromam dixit, adeoq́ ornauit, ut multas urbes ornamentis spoliarit. Senex cum pararet copias in Persas, ueneno à ministris perijt, Constantinopoli cum genitrice sepultus, anno ætatis lxvi. Imperij xxxij. fermè, ex quibus tredecim solus imperauit.

Cõ-







5538 339

Conſtantinus filius Conſtantini Magni, Criſpus & Licinius iunior ſororis filius, à Conſtantino patre Cæſares dicti ante Licinij ſenioris cædem. Quorum Criſpum Lactantius Firmianus, uir eloquētiſſimus latinis erudiuit literis. Ferūt quidam eius amore captam fuiſſe Fauſtam, cuius libidinem cum renuiſſet, Fauſta ad maritū detulit Criſpum ſibi uoluiſſe uim inferre, qui Criſpum interfici iuſſit. Ve-

rum aliquot post annos occidit & uxorẽ. Verisimile tamen est, Crispum occubuisse insidijs Faustæ, ne peritia militari filijs obesset, ob quam caussam & Licinius iunior sublatus est. Igitur post mortem patris Constantino obuenit, Gallia, Hispania, Alpes Cottiæ, & Britannia. qua diuisione minime cõtentus, Constantem fratrem armis aggressus est, cum quo ad Aquileiam incautius congressus, equus uulnere ictus, sessorem deiecit, incognitusq; humi multis confossus est ictib. Imperij nondum exacto triennio, ætatis an. XXV.



Constans Italiam & Aphricam cum Ilyrico & Grætia, mortuo patre, sortitus est, cęso fratre uero Constantino, Gallias in

intra biennium aſſecutus, animum ad delitias flexit, & in ægritudinem incidens, moleſtus fit prouincialibus, in milites illiberalis, quæ cauſa ſeditõem mouit. Magnentius à militib. Imperator ſalutatur, cuius inſidijs Conſtans, uenatione feſſus, quadam die in tentorio interfectus eſt, in oppido haud longe ab Hiſpania, cui Helene nomen, anno ætatis xxx. Impe. cum alijs xiij. Interim Nepotianus Auguſtorum ſororis filius Romæ à populo Imperator factus, die xviij. ab Heraclide Senatore, Magnentij fautore obtruncatur



Conſtantius uero cui Oriens ceſſit, Arrianæ ſectæ deditiſſimus, contra Perſas fortunã experiebatur, audita Magnentij

factione Gallum patruelem Cæsarem fecit, Magnentiũ uicit, Gallum hominem sceleratum postea obtruncari iussit, Pace parta, Dominum orbis se uocat, Iulianum patruelem regno adoptauit. Obijt ad Taurum montem, anno ætatis xli. Imperij xxiiij. apud maiores sepultus.



Magnentius uasti corporis, ex Gallia, Comes ordinum Augustæ urbis Germaniæ. Constante cęso, à militib. dolo imperator factus, Italiã petijt, Mediolani Decentium fratrem Cæsarem fecit, cui Gallias cõmisit, ipse ad Mursam à Constantino pugna uictus, cęsis utrinq; supra liiij. millib. Iterum aleam pugnę expertus, aufugit Lugdunum, & cum undiq; custodito, fugæ locus non esset, amenti similis, pri-

primum fratri Desiderio, uulnera intulit deinde quibusdam amicis, tandem se confodit.

Decentius uero audita fratris cæde, laqueo apud Senonas uitam finiuit.

Paulus primus eremita moritur senex. 345



566 Fl. Cl. Iulianus, patre Constantio fratre Constantini Magni, matre Basilina, fœmina nobilissima natus Constantinopoli, frater Galli Cæsaris, Ingenio ad literas & arma acõmodato, adoptatus à Cõstantio in Cæsarem, Gallias à Germanorum incursionib. defendit, & propè Argentoratum Galliç urbem, totum fermè Alemanorum perddidit exercitum, regem eorum Chonodomariũ cepit. Quibus feliciter gestis, à militibus suis & Im= 364

 perator Auguſtus eſt dictus. Quo impe
rante, hoſtes Po. Ro. intra ſuos terminos ſe cõtinuerunt, ac Iuſtitia è cœlo ad mortales rediſſe dicebatur, Soli Perſæ reſtabant, contra quos in conflictu uulnus accepit. Cum Philoſophis de animę immortalitate philoſophabatur, epotaq; aqua, ſolutus eſt uita, anno ætatis xxxij, Imperauit ſolus annum unum, menſes tres ab eo quod Cæſar fuit, an. 7. Sanctiſſimus nimirum Princeps, & licet Chriſtianos inſectaretur, libroſq; in eos ſcriberet, ſanguine tamen abſtinuit. Helenam Conſtãtij ſororem uxorem habuit.



Iouinianus, patre Varroniano Pannonio, re militari claro, & comite quãdoq; ordi-

ordinum. Prima ætate præceptoribus traditus, Ingenio fuit ad omnes disciplinas prompto. Hic mortuo Iuliano statim à militibus electus est princeps, deceptis similitudine nominis, quasi Iulianus reuixisset. moxq́ꝫ inito magistratu, omnes uoluit milites Christianum nomen fateri, quod unanimiter assumpserunt. Cũ Persis pacem magis necessariam quàm honestam pepigit, Transtygritanis prouintijs quinque amissis. Obijt octauo Imperij Mense, Anno ætatis 33.



Fl. Val. Valentinianus, ex Pannonia Gratiãi funarij filius. Niceę Imp. electus

 qui statim Valentem fratrem Imperij cō
sortem uoluit. Gothi Thracia expulsi, Saxones Oceani accolæ, Alemanniq; à Valētiniano domiti. obijt, Gratiano prius Augusto dicto, anno imp. xij. uitę lv.

Valens frater Antiochiæ degens, cōtra Scitharum irruptionem pugnauit infeliciter, Monachos ad militiam compulit, nolentes, fustibus interfici iussit, Ipse magna clade uictus, in fuga uulneratus, equo decidit, in casulam deportatus, expirauit, mox superiecto igne, consumptus est, anno Imp. cum fratre x. mense v. Dignus Imperio, nisi Arriano inquinatus fuisset delyrio. Valentinianus legē tulit, ut qui uellent bina haberent matrimonia.

5568 Damasus papa instituit Cōfessionem 369
generalem, & in fine Psalmorum cantari. Gloria patri &c.

Clarent hoc tempore Basilius Magnus, Cyrillus, Ambrosius, Epiphanius, Gregorius Nazianzenus theologi, Oribasius Sardus Medicus, atq; Flauius Vegetius.

Gra



5581 Gratianus Pannonius, Valentiniani filius, Imperator Constantinopolis sex an. 383
Lugduni interfectus, filius Valentinianus iunior apud Viennam Allobrogum laqueo seipsum suspendit.

Secunda generalis Constantinopolitana Synodus, CL. patribus, contra Macedonium & Eudoxum habetur.

Claudianus & Prudentius clarent.



5587 Theodosius Magnus, Hispanus, Im-

Mundi. peratorannis undecim, tandem Medio Christi
lani moritur Christianissimè, Quinquagenarius.

Heluidius Hæresiarcha uiget.

5606 Arcadius filius Theodosij imperat Cõ 407
stantinopolis cum fratre annis tredecim, moritur ibidem.

Pelagius Hæresiarcha exurgit.

5611 Romam capiunt Gotthi, duce Alarico. 412

Ioannes Chrisostomus, Cassianus Diaconus, Ruffinus Aquileiensis Presbiter clarent.

Honorius frater Arcadij Cæsaris, Imperator regnat cum fratris filio. annis Quindecim, tandem Romæ moritur.

462 Scola Bononieñ cœpta. 5619

5925 Faramundus primus rex Francorum 426
in Gallia constituitur.

Diuus Hieronymus Stridoniensis, in 429
Bethlehem moritur, anno ætatis suæ nonagesimo primo.

The



5630 Theodoſius iunior imperator Conſtã 431
tinopolis, 27. annis.
Tertia ſynodus Epheſia, 200. patrib. cõ
tra Neſtorium & Pelagianos.
Genſericus Vandalorum rex, attritis
Romanis, Gallis & Hiſpanis, Carthagi-
nem diripit, ac inuadit Sicyliam.



440

Attila ab Hunnis primus rex Vngaro
rum

Mundi. rum in Pannonia eligitur. Christi
5651 Buda Pannoniæ urbs extruitur. 452
5653 Calcidonensis Synodus, 630. Episco= 454
porum contra Manichęos & Eutichiũ.
Venetiæ extrui cœpta. 456
Roma secundo capta à Vandalis:



5672 Fl. Val. Zenon Isauricus, obscure na- 473
tus, uultu deformis, moribus planè tyrã=
nicis, imperauit annis 13. Hoc Principe,
Constantinopolis incendio flagrans, cen
tum & XX. millia librorum perdidit.

5696 Clodoueus Francorum rex, baptiza= 497
tur à S. Remigio Episcopo, cum tribus
millibus aulicorum,

Fl.



Fl. Val. Iustinus, Thrax, Imperator 8.
5717 annis. Obijt in patria. 518
Felix Samius papa, instituit extremã
unctionem. 524
Dionysius abbas Romanus, Compu
tum Paschalem edidit, Primusq; annos à
natiuitate Christi numerare docuit.



5724 Iustinianus Magnus Iustini ex sorore 525
nepos, regnat xxxix. annis, decessit tan-
dem insania.

Fa-

Fames in Italia coëgit humanas car= 529
nes edere.

Imperator Iustinianus Romanas leges in Epitomen redegit, ac Codicem seu Pãdectas Iuris ciuilis promulgat.

5752 Pelagius papa, Clericos cottidie septẽ 553
horas canonicas legere uoluit, primusq; hæreticum Potestate seculari puniendũ decreuit. Mortuorum deniq; memoriam Missæ iniunxit.



5763 564

Iustinianus iunior, nepos Iustiniani, Illyricus patria, cum regnasset annis xi. pedum dolore amens moritur.

Longobardi ingenti multitudine Bar 572
barorum, sub rege Albonio, Italiam ingressi, annis 204. possederunt.

Mundi Christi

5774 Tiberius Constantinus Imperator Cę sar septem annis, moritur in Græcia. 575



5780 Mauritius Cappadox, ex Notario factus Tiberij gener, deinde Augustus. Initio per Legatos Persas fudit, ex Mœsia Scithas reppulit, Hunnos ex Pannonia, Imperat xx. annis. Conspiratōe Phocæ ac suorum, Chalchedone cæsus. 581

Hoc tempore Angli & Gothi ad fidem conuersi.

5791 Gregorius Magnus papa, primus se seruū seruorum dei scripsit, Modum chori, & Psalmodias instituit, & maxima pars Ceremoniarum sub hoc in christianismum subijt. 592

Bri-

Britannia ad Christum conuertitur, per Legatos Gregorij Papæ. 600



5801 Phocas Cæsar, regnat octo annis, Cõstantinopoli captus, amputatis manibus & pedibus in mare proijcitur. 593

Bonifacius III. papa hoc Cæsare annuente Romanum Pontificem, principem omnium declarauit, cum prius Constantinopolitanus fuisset. 607



5810 Heraclius Augustus, regnat xxix. an= 611
nis,

Mundi· nis, Aqua intercute perit. Christi

Bonifacius v. papa, delinquentib. tem 618
pla & aras, tanquam asyla apud Christia
nos primus constituit.

5821 Mahumetes cum Sergio monacho in 622
Arabia sectam Saracenorum, & Turca=
rum pernitiosissimam inchoat.

Vueissenburg monasterium à Dago=
berto magno extruitur.

Acephalorum hæresis repullulat.

5840 641



Constans II. uel Constantinus III. fili
us Constantini iunioris, imperat xxvij.
annis. Hic Romam spoliauit, tandem à
suis in thermis Sicyliæ necatur.

5853 Ignis de cœlo decidit, et sequuta est pe 654
stis omnium grauissima, & angelus uisus
est hoc tempore.



5868 Constantinus IIII. Imperator Constantinopolitanus, regnat annis XVII. tandem è palatio præcipitatus occubuit. 669

5876 Synodus Constantinopolitana, contra Monothelitas, centum quinquaginta Episcopis, in quo Græcis sacerdotibus uxores permissæ, nostris nequaquam. 577



5885 Iustinianus II. quem nonnulli Iustinū quartum ponunt. Vir certe uarius & im 686

pi

pius regnum adeptus aduersus sextã patris Synodum, aliam indixit omnibus uel bonis reclamantibus. Aphricam ex Saracenorum manib. liberauit, contra fœdera in Bulgaros & Arabes mouit, at infeliciter. Quare Leontij patritij consilio regno deturbatur, abscissisq; naribus exul in Pontum relegatur. Qui ad regem Bulgarorum lapsus, post sextum deinde annum unà cum Tiberio filio restituitur, & Imperij anno decimo, à Philippico pulsus, uitam et imperium amisit. In quo Heraclij defecit progenies, quæ Imperium tenuit continuum annis LXXXVII.

De hoc Iustiniano sæuitiæ scribitur exemplum. Quoties truncas emungeret nares, toties unum ex Leontij fautoribus ad supplitium rapi iusserat.

695 Leo III. siue Leontius, Constantinopolis Imperator, regnat triennio, postea truncatis naribus à Tiberio tn carcerem carcerem coniectus. 696



Tiberius III. cognomento Abſyma- 699
5868 rus, Imperator ſeptem fermè annis, cum
Leontio trucidatur Conſtantinopoli.

Memoria S. Michaëlis in periculo ma 709
5908 ris cœpta in Dioceſi Abrincatenſi.



5910 Philippicus Bardanes imperat annum 711
cum dimidio. Reſtitit plurimum papæ,
hæreticus itaq; decernitur, tandem lumi
nibus priuatur cum Imperio.

5911 Anaſtaſius II, cognomento Anthemi 712
us,

us, regnat annum & tres menses, postmo dum monachus esse cogitur.
5913 Theodosius interim Atramytenus, uir Constantinopolitanus ignobilis, at pius & candidus, imperium coactus sumpsit, imagines templis restituit. Et cum biennium imperasset, pertesus belli ciuilis, quod contra Leonem gessit, Cœnobiũ ingressus, reliquam uitam fit monachus. 714
Dagobertus II. rex xix. Francorum.
S. Aegidius uenit in prouinciam Arelatis, postea in Galliam, ubi in heremo à cerua alitus est.



5915 Leo III. genere Isaurus, cum filio imperat quatuordecim annis. Hic omnes imagines ubiq; Templis Christianorum sustulit. Obijt peste Constantinopoli. 716

Bonifacius è Britannia per Italiam ue nit in Germaniam, missus à Gregorio II.

Saraceni pulsis Gottis Hispanias occu pant, & à Francis pulsi, suprà 375000. interfecti sunt. 720

Beda moritur, Anno ætatis suæ lxxij. cuius corpus Genuam translatum est. 734



5939 Constantinus v. quia infans baptismi lympham uentris solutõe polluerat, Copronymus dictus, Imperator post patrẽ regnat Constantinopoli triginta quattuor annis. Perit tandem apud suos Elephantiasi. 740

Concilium cccxxx. Episcoporum, Bizantij Imperator habet, ut omnes imagines, etiam Christi, undiq; comburerentur, contra Papam, qui eas Romæ cum

suis

Mundi. suis Episcopis pauloante uenerari statuit Christi
Burchardus à Bonifacio primus Episcopus Herbipolensis constituitur. 746
5947 Pipinus Iunior post fratrem, deiecto Childerico apud Gallos instinctu papæ, regnare occipit. Hic Barlamentum primus in Gallia instituit. 748
Cruces in uestibus hominũ uidentur.
Cinis elabitur cœlo. 752
Bonifacius in Phrisia necatur, & in monasterio suo Fulda in Thuringia sepelitur.
Turcę gens Scithica primum hac tempestate excursiones in Asiam fecere, ac primum cum Saracenis de una lege conuenerunt. 760
5967 Carolus, qui postea magnus est dictus post patrem in Gallia regnat xlvi. annis. 768
Stephanus III. Syculus papa, Concilium Lateranum Romæ contra Constantinopolitanum colligit, ac templis simulachra restituit. 769
5973 Leo V. Constantini filius, Imperator Augustus, cum quinquennio regnasset, febre disperijt. 774

Constantius septimus filius dicti Leo
5979 nis, Imperator regnat cum matre Hyre= 780
ne, quam regno pepulerat, decem, & se=
cundum alios duodeuiginti annos. Hic ef
fossis oculis in uinculis extinctus est.

Septima uniuersalis Nicena Synodus 790
in qua Græci cum Romanis de habendis
imaginibus, & Spiritussancti processio=
ne concordant.

Schola Parrhisijs hoc tempore in Gal
lia cœpit, ductu Alcuini, & Claudij Cle=
mentis.



5997 Nicephorus imperiũ occupauit Ori= 798
entale, pacemq; cum Carolo magno, qui
ã Leone pontifice donatus imperij diade
mat, ab Irene prius præscriptam, serua=
uit, hoc pacto, ut Apuliam, Calabriã, cũ
Sici

Mundi. Sicilia sibi haberet, illi cōcessa reliqua Ita Christi.
lia, & ut Veneti suo uiuerent iure. Princeps hic auarissimus cum Bulgaris infeliciter congressus, unà cum exercitu ad internitionem occiditur, anno imperij ix.

Stauritius filius imperij consors, ab sororio Michaële Curopalate, deiectus est & monasterio inclusus.



Michaël Curoplates Imperator. In Bulgaros primum uictor, tandem apud Hadranopolim fusus. Cum Leonem Armenium imperare audisset, in Cœnobium se contulit, egit monachum, postquam imperauit biennium.

6000 CAROLVS ex Pipino rege Galliæ 801
& Bertha filia Heraclij Byzantini Imperatoris genitus, à Leone pon. Rom. pri-

mus imperator ob egregia in Christianū nomen merita, factus est anno Salu. 800. Sub regni initia Italiam ingressus, Longobardos Francis, capto rege Desyderio subegit. Saxones tricennali bello uicit, & uera religione instituit, Saracenos ex Hispania propulit. Sclauos, Danos & Boianos in ditionem suam redegit, Hunnicū bellum confecit. Vnde illi post ingentia facinora Magni cognomen datum, Vndique sic parta pace, in Gallias redit, filioq; Ludouico consorte imperij declarato, moritur Aquisgrani v. cal. Feb. anno ætatis lxxi, Imperij Ro. xiiij. Salutis an. Dcccxv. Hic nulli superiorum pietate, clementia, humanitate, uirtute bellica, pacis studio, literarum deniq; eruditione unquam cesserit, Habuit uxores plures, Leutbergam Desyderij regis filiam, quam dimisit, Fastradanam & Hildegardam ex gente Sueuorum nobilissimam, ex qua Carolus, Pipinus, & Ludouicus & totidem fœminæ, Cotrudis, Bertha, & Gisla.

Lu-



Ludouicus pius, Cęsar, secundus post
6014 patrem Occidentis Imperator, cum reg 815
nasset uiginti quinq; annis, moritur Mo
guntiæ, cum uixisset 64. annis.
Dania & Suetia ad Christi fidem con 832
uertuntur primum ab Humoldo.



6039 Lotharius post patrem Cæsar, Gallo 840
rum tertius Imperator, & regnat ibi an-
nis

nis quindecim. Ab hoc Lotharingia dicta. Monachus tandem fit in Prumia.

Sergius secundus Romanus papa, sedit biennio. hic primus cum dignitate nomen mutauit, cum antea Os porci diceretur: mosq; iste perpetuò posthac durauit Romæ. 846

6055 Ludouicus II. regnat an. xxi. moritur Mediolani ex casu ab alto. 856



6078 877

Carolus caluus, Ludouici Pij filius, Imperator ac princeps humanus, sed supra modum ambitiosus, post vi. regni annũ, Mantuæ ueneno à Iudæo medico obijt.

Lu-



Ludouicus Balbus, Caroli Calui filius Princeps ualetudinarius, Imperium tenuit uix biennio. Moritur Treucis anno salutis 880. Carolo Simplice, Franciæ rege, & Carlomanno patre Arnulphi, relictis liberis.



6081 Carolus Crassus Ludouici Germanorum regis filius. Huic cum mente laberetur, surrogatur Arnulphus, sic post decennium quo cœpit regnare, moritur. 882

Adri

6090 Adrianus III. Romanus papa primus decreuit ne in creando pontifice, Imperatoris consensus expectetur amplius. 891



6093 Arnulphus Carlomãni filius dux Sueuiæ, Cæsar post patruum suum. Imperat duodecim annis. Obtinuisse Germaniã, & Italiam fertur solus, ac tandem Ratisponæ Phthyriasi perisse. 894



Berengarius primus Italiæ imperium occupat annis undecim.

Ludouicus tertius, filius Arnulphi,
6106 Imperator, regnat annis sex in Germa- 907
nia & Gallijs, tandem Veronæ uictus lu
minibus priuatur.

Gymnasium uniuersale apud Oxonium in Anglia ab Alfredo rege fundatur primum.

Hungari Germaniam uastant.

Secta Cluniacensium monachorum, 912
sub regula S. Benedicti ingruere cœpit.

6113 Conradus Alemannus, à Germanis 914
& Gallis Cæsar Imperator eligitur, regnatque annis septem. Hunc nonnulli Hassiacum, alij Austriacum faciunt Principē Sepelitur in Fulda.

6120 Hainricus saxo, Anceps dictus, Impe 921
rator Germanorum, decem & octo annis. Obijt in patria.

Hugo Arelatensis comes Italiam regit.

Anthropomorphitarum hæresis est.

Bohemi cum Duce suo Spireneo, fidē Christianam suscipiunt.

Ot-

Otto Magnus Augustus, uir prudēs,
6160 strennuus ac pius, anno regni XIII. subi 961
tanea morte decessit Magdenburgi Saxoniæ.

6168 Vngaria cum rege suo Stephano primum Christianam fidem amplectitur. 969

Polonia pro Duce primum regem habere incipit Boleslaum. 673



6175 Otho II. ex Othone patre, & Adelheida coniuge olim Lotharij regis, imperiali diademate, Patre adhuc superstite, cinctus. Bauariæ ducem domuit, Cum Sarracenis infeliciter cõgressus, superatur, uix scapha elapsus Romam tandem uenit, & breui moritur, In basilica diui Petri sepelitur, anno Imperij xi. relictis post se liberit Othone filio, & tribus filiabus. 974

Ot=



6183 Otto III. secundi filius, Saxo, Mirabi
lia mundi dictus, imperator Germano- 984
rum et Rhomanorũ, cum regnasset post
patrem annis 15. Romę intoxicatus perit
Ludouicus VII. ultimus è Caroli seu
Gallorum uera progenie rex. 986
Inundatio frequens et diuturna, quam
sequebatur æstas feruentissima. 989
VII. imperij electores Germani creati



6201 1002
Hainricus II. Bauarus, cognomento

H

Mundi. Claudius Imperator, regnat annis xxij. Christi
mensibus quinque. Et sanctus habetur, quod coelibem cum uxore uitam duxerit, decessit Babenbergae.

6206 Castellae in Hispania comites, hoc anno Reges fiunt, primusque dicitur Ferdinandus. 1010

Templum Argentinae coeptum aedificari. 1015



1024

6223 Conradus II. Sueuus, Rhomanorum Cesar, & secūdus electus Imperator Germaniae, regnat quindecim an. Nonnulli Francum fuisse contendunt. Obijt Traiecti.

Secta Camaldulensium monachorum oritur.

Hain=



6256 Hainrichus III. post patrem Germa- 1057
norum Imperator, regnat XLVIII. an
nis, inuitis Pontificibus Romanis, ac tan
dem à filio Leodij in carcere detentus, ex
animi mœrore perijt.

Colmannus Vardinensis Episcopus,
spreto sacerdotio fit rex Vngariæ.

Ordo Canonicorum regularium exo 1080
ritur.

6285 Bruno Coloniensis, Carthusiensium 1086
Regulam in Gallia primum auspicatur.

Secta Cistertiensium in Burgundia 1098
excitatur.

6306 Hainrichus quintus filius quarti, Im- 1107
perator Romanorum & Germanorum,
regnat annis uiginti: deinde moritur or-
bus Traiecti.

Portugallia cœpit esse regnum, quod
6309 primo Alphonsus deuictis Saracenis gu 1101
bernat.

6319 Ordo Præmonstratensium cœpit. 1120

Factio Templariorum oritur. 1122



Lottharius II. Saxo, Imperator, regit 1128
6327 annis xi. pestilentia decessit Veronæ.

Lapis ignitus, quasi candens ferrum, 1143
Brisaci Brisgoię ante templi fores cecidit

Gratianus monachus Decretorum ar 1146
6345 tifex, Petrus Lombardus magister sen-
tentiarum, Petrus Cõmestor historię ec
clesiasticæ autor, Auicenna Hispalensis
medicus, Auerrois Cõmentator & phi-
losophus clarent.

6352 Fridericus cognomento œnobarbus, 1153
à colore barbæ ruffæ, genere Sueuus, pa
tre

 tre Friderico, qui frater Conradi regis
fuit, natus. Huic præter uirtutes corporis ingens accessit animus, disciplina militaris, prudentia ad quæcunq; subeunda pericula, peritia rerum, & summa fœlicitas. In Italiam descendens, Derthonam capit, quam postea euertit, ab Hadriano inauguratur, Interim Alexander fit Pontifex, in quem apertas, ex causis, sumpsit simultates, et insectatur, Octauianum in locum eius creando Pontificem. Mediolanum solo æquat. Tertio & quarto Italiam intrans, Alexandrum ex urbe fugat

Infeliciter tandem Mediolanenses aggressus, uix fuga elabitur, Simultasq; Imperatoris & Pontificis deponitur, & fiũt amicissimi. Ipse Syriacæ intentus expeditioni, in amnis transitu mersus, perijsse dicitur, anno imperij XXXVII.

Vualdensium seu pauperum de Lugduno dogma hoc tempore plurimi amplectuntur.

Ioachim abbas Calaber propheta, item 1155
& Petrus Blesensis clarent.

6355 Bohemiæ ducatus regia fit, Vratislai 1156
primo.

Marchionatus Austriæ euasit in Du catum.

Alexander tertius papa, Hic Impera torem excommunicando, urbe pellitur, satis tamen collum Cęsaris Venetijs pressit postmodum.

6377 Balduinus IIII. rex Hierololy. vij. 1178

Apud Logenheim prope Columba= riam erat cædes magna inter partes Oto nis & Philippi Imperatoris.

6380 Ordo Vuilhelmitarum monachorũ 1181 exordium capit.

Liuonia ad Christi fidem cõuertitur 1186 primum.

6389 Hainricus sextus Sueuus, Siciliæ rex, 1190 filius Friderici Imperatoris, Augustus Cęsar, regnat decennio, & obijt intoxica tus Messanæ.

Domini Ordinis Teutonicorum, ut uocant, ab Henrico Valpoten Hieroso= lymis cõtra infideles pugnaturi primum conscribuntur.

6394 Cyprus Insula Regnum efficitur, ab 1195 Anglis.

Se=

Secta cruciferorum, in Italia cœpit.
Innocentius tertius Anagninus papa, 1198
primus confessionẽ auricularem statuit.

6399 Philippus Friderici Barbarossę filius, 1200
Heinrici regis frater, maiore Principum parte Imperator electus: at Ponti. Innocentius iij. Ottonem Saxonem, cuius maiores Pontificiam dignitatem tutati olim sunt, eligit, qua discordia: Othoni, Anglorum: Philippo, Gallorum rex suppetias tulit, profligatoq; sæpius Othone, rerum potitur Philippus, indignãte etiam Pontifice. Deinde postq; Philippus in nonum regnasset annum, à Comite Palatino, Ottone de Vuittelspach (credo fatale id fuisse sibi nomen) miserè occiditur Babenbergæ, Ottoq; IIII. huius nominis, surrogatur, & qui antea à Romano Episcopo adamatus, modo indignationem incurrit, sacris interdicitur, Imperij titulis priuatur, suffecto in locum Friderico secundo. Tandem in Saxonia moritur anno Imperij quarto.

Franciſcus Aſiſius primus mendican tes monachos in Chriſtianiſmum intro= duxit, quos minores dicunt. 1206

6408 Otto IIII. Brunſuicenſis, imperator Romanorũ & Germaniæ, cum regnaſ=ſet annis quattuor, moritur in Saxonia. 1209

6411 Friderichus II. Cæſar, regnat annis triginta duobus: è quibus undecim ana=thema Papæ perpetuo ſuſtinuit. Tan=dem in Sicilia dolo filij nothi ſublatus eſt, cum annis præfuiſſet 22. Vxorem habu=it filiam regis Hieroſolomitani, ex qua ti tulus regni perpetuo manet. 1212

1218 Dominicus Calaguritanus ſectã præ=dicatorum, mendicantium, incepit.

Conradus Friderici primi Cæſaris fra ter, occiſus in Durlach oppidulo, prope Luſzhardum ſiluam, ob adulterium, dũ contra Zeringenſes proficiſcitur. 1221

Bonifacius VIII. permiſit mendican=tibus priuatas audire confeſſiones. 1229

Tartari Poloniam & Vngariam deua ſtant.

Ordo eremitarum S. Auguſtini oritur. 1259

6472 Rudolphus à Friderici morte anno 18 1273

(tot

(tot enim Interregni ſpacium tum fuit) Imperator eligitur. Qui Othocarum Bohemiæ regem occidit, PſeudoFridericũ qui ſe in Sueuis erexerat, combuſſit. Hetruriæ oppida expugnauit, poſt annos 18 Siræ ſepelitur, cui ſucceſſit Adolphus comes de Naſſau, legitimo conſenſu procerum, cuius ſordes & ambitõem tandem pertesi, Albertum Auſtriæ ducem, ſurrogant: contra quem Adolphus uires expertus, in agro Nemetenſi occubuiſſe dicitur, cum annis octo imperaſſet.

Carmelitarum ordo cœpit primũ, ab Alberto Patriarcha Hieroſolimitano. 1286

6505 Heluetiorum confœderatõis exordium, authore Stoffachero. 1306

6507 Hainricus VII. Lucemburgenſis, Imperator regnat quinq; annis, & nouem menſibus. Tollitur à Dominicaſtro monacho, ueneno in euchariſtia dato, Papię. 1307

Templarij funditus extirpantur.

6513 Ludouicus Quartus Bauarus, Germaniæ & Romanorum Cæſar, regnat annis XXXII. è quibus octo priores cum Fridericho Auſtrio pro Imperio decer- 1314

tat. Tandem trium Paparum banno exe cratus, magnanimiter moritur in uenati one apud Kelhaim.

Ertfordiæ multa millia hominum fa= me perierunt, Ob dissidium cum sacer= dotibus, in locis prophanis sepulti. 1316

Ioannes XXII. Gallus, papa, XIX. annis. Optimum hic Imperatorem Ec= clesiæ hostem iudicat, & sacris interdixit 1317

Petrus Apponus Conciliator, Franci scus Maronis, Nicolaus de Lyra, & Vil= helmus Occham hoc tempore claruerũt.

6545 Carolus quartus Lucenburgensis, Bo hemiæ rex, Cæsar post Guntherum de Schvuartzenberg, & Eduardum An= gliæ regem, designatos Romanos Impe ratores, regnat annis XXXI. & VIII. mensibus, Pragæ moritur. 1347

Basilæa ferè tota cum duobus millib. hominum terræ motu interijt. 1350

Barthölus, Baldus, Angelus, Iurispe= riti, Gentilis & Dinus de Garbe, medici in=

insignes hoc tempore florent.

Rockezan & Ziska, apud Bohemos, Ioannes Vuicleff in Anglia, fulgent.

6556 Ordinatio Romani Imperij, quam auream Bullam uocant, à Cæsare in Comitijs Norimbergæ, Germanis constituitur. 1357

Ordo S. Brigittæ in Suetia inchoatur 1360

6562 Studium uniuersale, in Vienna Austriæ ab Alberto duce ibidem fundatur. 1363

Angli Alsatiam deuastant.

Maximus Planudes monachus Græcus. 1366

Prope Reutlingam cruentissima cædes nobilium facta. 1377

6578 Vuencessaus, Caroli prædicti filius, Imperator Cæsar Germaniæ, Rhomanorumq; regnat octo annis cum patre, qui illum uiuens coronari fecit, Tandem solus ignauissimè gubernat uiginti duobus annis. Vltimo Apoplexia apud fratrem in carcere perijt. 1379

Rosa

Roſzheim Alſatiæ exuſtum. 1384

Bombardæ à monacho Germano ex= 1393
cogitatæ.

Scotia ad Chriſtum conuerſa. 1398

6609 Sigiſmundus Cæſar Venceſlai frater, 1410
Vngariæ & Bohemiæ rex, Imperator Germanorum Auguſtus, Caroli quarti filius, nobilitatis genere clariſſimus, inſigni proceritate, & planè Imperatoriæ indolis, cui affuit liberalitas ac munificentia quanta in nullo alio principũ, pietatiſq; augendę ſtudium incredibile, multarum linguarum ſcientia, & in his latinæ linguæ ſtudium excelluit, accuſans ſæpe Prĩcipes Germanos, quia latinas literas odiſſent. Puer Mariam Hungariæ regis filiã uxorem unà cum regno accepit, Bohemiam à patre obtinuit. Fortuna belli tamen illi malè uoluit, ut qui ſæpius à Turcis & Bohemis profligaretur. Proceres Panno niæ xxxij. ſecuri percuſſit. E duabus uxoribus nullam ſuſtulit prolem uirilem, Diſceſſit anno imperij xxvij, & in Albia regali Hungariæ ſepelitur.

Baſilęæ Armeniaci cæſi. 1411

Mundi Synodus Conſtantienſis quadriennio Chriſti
6613 celebratur, in qua Ioannes Huſz, & Hie= 1414
ronymus de Praga exuruntur. Proroga
tur uſq; in annnum 1454.
6521 Amurates Turcarum octauus Impe= 1422
rator, Subiugata Theſſalonia, ac deuicto
ad Varuam rege Laodislao, uſq; in Sep=
tem caſtra Vngariæ fines penetrat.
Eugenius IIII. papa ſedit annis xvi. & 1431
ſub hoc primum, Cæſar exoſculabatur
Papæ pedes.
6637 Albettus Auſtrię dux, gener Sigiſmũ 1438
di regis, Bohemiæ & Hungariæ ſucce=
dens, mox etiam imperium aſſecutus, cu=
ius initio Morauos debellauit, Sarmatas
ac Polonos intra regni fines cõtinuit. Bo
hemiæ factiones penitus attriuit. Cõtra
Turcas profectus, qui ad Danubij ripam
Synderouiam caſtellum obſidebant, ſpe
copiarum fruſtratus, Auſtriam repetijt,
& apud lõgam uillam prope Albam Vn
gariæ, Dyſſenteriæ morbo correptus de
ceſſit, adq; latus ſoceri ſepelitur, cum im=
peraſſet biennium, maxima quidem Im=
perij calamitate. Reliquit uxorem Heli=
ſa

ſabetam, filiam Sigiſmundi, utero graui=
dam, quę Ladislaum peperit regem Poſt
humum.

Concilium Baſilieñ. durat annis x.

Blondus hiſtoricus, Valla latinæ ling
uæ uindex, Chriſoloras Græcarum lite=
rarum reſtaurator hoc tempore uigent.



6639 Friderichus III. Auſtriæ dux, Impe= 1440
rio tanta prudentia præfuit, ut quinqua=
ginta tribus annis perpetuis, quibus rerũ
potiebatur, ſumma pax & otium fuerit,
Seditiones quaſdam Auſtrales & leuiuſ
culas facile ſedauit, Bellum Pannonicum
Matthiæ regis compoſuit. Maximilia=
num filium Cæſarem à Flandrenſibus li
berauit, Romæ à Nicolao Pontifice unà
cum

Mundi. cum uxore Leonora, Lusitaniæ regis fi= Christi
lia, corona redimitur, Inde Neapolim ad
salutandum Alphonsum, coniugis neces
sarium diuertit, inq; Germaniam rediẽs,
cum otio uinceretur, post aliquot annos
uoti reus, Rhomam priuati more petit.
quo damnatus in Austriam rediens tan=
dem, moritur anno ætatis lxxix. Salutis
anno M cccc xcij. in oppido suo Austriç
Lintz, Maximiliano filio Cæsare prius
declarato.

540 Mahumetes Magnus Turcarum no=
nus Imperator, qui Constantinopolim cę
pit, & Hidruntum in Italia expugnat.

6651 Ioannes Faustus quidam, primus artem 1452
typographicam Moguntiæ Rheni adin
uenit.

Pueri è Germania turmatim ad San= 1457
ctum Micheëlem peregrinabantur.

Pius Secundus Senensis, Papa, sedit 1458
sexennio. Hic sanciuit, ne quis à papa ad
Concilium generale adpellaret unquam

Moguntia capitur proditione. 1462

Et=

Ertfordiæ ad 2000. domus exustæ.

Inundatio Rheni in die Mariȩ Mag. plura ædificia, & muros Etlingeñ. demolita est. 1442 1480

Famem maximam ingens pestilentia subsequuta est. 1482

Innocentius VIII. Genuensis, Papa octo annis. 1484

Claruerunt hac tempestate, Ioannes Picus Mirandula, Angelus Politianus, Platina, Trapezuntius, Gaza, Hermolaus Barbarus, Marsilius Ficinus, Ioannes de regio monte, & Aldus Manutius, & alij complures uiri eruditissimi.



6685 Maximilianus, Friderici Imperatoris filius, in Regem Rhomanorum eligitur 1486

Fran

Francofordiæ decimosexta Februarij.

Maximilianus rex, Brugis Flandriæ captus. 1488

Insulæ quædam in Oceano antehac ignotæ, hoc tempore inuentæ.

Lapis ingens è cœlo lapsus prope Ensisheim. 1492

Milites è Neapolitano bello Germaniæ intulerunt pustularum morbum. 1495

Heluetij Germanos magna strage affecerunt prope arcem Dorneck, Bruderholtz, Schvuaderloch, Ennentingen, & Constantiæ. 1499

Basilæa à Ro. Imperio, ad Heluetios defecit.

Rudolphus Agricola Frisius, Ioannes Iouianus Pontanus, & Philippus Beroaldus florent. 1503

Presto Ioannes, Indorum, Aethiopię Pontifex, & Imperator potentissimus.



Philippus Archidux Austriæ, Maximiliani & Mariæ filius, regi regnoq; Hispaniæ gener ascitus est, Cuius inter ceteras naturæ & uirtuis dotes, quibus omnes suæ ętatis regulos superauit, hoc unũ satis est fecisse, nobis præclara illa terrarum lumina, Carolum & Ferdinandum peperisse.

Conradus Celtis, primus Germanus poëta à Cæsare laureatur.

Ioannes Reuchlin Capnion Phorcen 1506
sis, Hebraicam linguam latinis restituit primus.

Bernæ Heluetiorum quattuor Domi 1509
nicastri hæresiarchæ exusti.

Terræ motus uehemens.

Zeli=

6711 Zelimus undecimus Turcarum Imp. subiugauit Aegyptum. 1512
Hohenkree arx expugnatur.

Mediolanum à Gallis capitur in die exaltationis S. Crucis, ubi Doriphori maximam edunt stragem Heluetiorum, stipēdio regis Galliæ. 1515




Franciscus Sickinger, nobilis Germanus, Vuormatiam impugnat.
A pruina fames & uini caritas oritur. 1516

Tres Papæ eliguntur sex Mensibus, Alexander sextus, Aeneas Pius, & Iulius secundus.

Philippus Comes Palatinus à Maxi= miliano & Duce Vuirtenbergeñ. debel latur.

In Sueuia & Hungaria seditiones, In Hungaria Cruciferi, In Sueuia Der arm Cůnz. 1514



[illegible] nouum [illegible] gladens, 1518
Ce[illegible] literis [illegible]ds ornat.

Ca-



6718 Carolus V. Auſtriacus, Hiſpaniarum 1519
& Siciliæ rex, Maximiliani Cæſaris nepos, Rhomanorum & Germaniæ Imperator Auguſtus, XVIII. die Iunij Francofordie declaratur, regnatq; feliciſſimè.



[illegible] augurant
[illegible] Augu-
[illegible]

Mundi. Brettanus, Vuittembergæ Saxonum. Christi

Pestis sæuijt admodum tota Sueuia.

Huldericus Dux Vuirtenbergensis regno bis pellitur, tandem ad Landtgrauium Hessiæ confugit.

Comitia Vuormatiæ, Lutheri audi- 1521
tio, In Gallos expeditio.

Solimannus Turcarum duodecimus Imperator cœpit Albam Gręcam, Rhodum & Budam, cum rege Ludouico.

6722 Adrianus sextus Flandrus, papa fer- 1522
mê sedit biennio.

Sub hoc tempus florent, Budæus, Zasius, Alciatus, Iureconsulti: Leonicenus, Copus, Linacer, Manardus Medici: Ioannes Oecolampadius, Iacobus Stapulēsis, Huldericus Huttenus, Beatus Rhenanus, Augustinus Niphus, Ioannes Stophlerinus, & reliqui innumeri per omne disciplinarum genus quàm eruditissimi homines.

6722 Clemens VII. Florentinus Medices 1523
progenie, papa ducentesimus uicesimus octauus.

Fran-

Franciscus Sickingeñ. Episcopatum Treuerensem armis incessuit, Qui postea Mense Maio à Philippo Landgrauio Hessiæ, Ludouico Palatino principe electore, ac Episcopo Treuerense, in arce Nanstal obsessus, bombardę ictu interijt

Hulderichus Huttenus, eques Germanus et poëta obijt octaua Augusti, annos natus xxxvi.

Franciscus Rex Galliæ, à Caroli V. 1525
Rhomani Imperatoris exercitu ad Pata uiam captus.

Fatalis rusticorum conspiratio exorta. Res sane maiorum monumentis inaudita, nec posteris facile creditu, quo impetu qua celeritate, per totam Germaniam uel tantillo tempore, tanta colluuies creuerit, cæsa sunt diuersis locis uno mense, ad ter dena millia. Numerum anni Iacobus Micyllus scitissime complexus est hoc uersu.

Captus erat Gallus, coëunt cum rure cohortes.

Catabaptiſtæ mirè turbant Ecclesias Germaniæ.

Rhoma capitur ab exercitu Caroli v. 1527
Præfecto exercitus Duce à Burbona. Vbi Rhomani cæduntur, Diripiuntur bona Cardinalium, Epiſcoporum, & totius urbis. Tandem Papa. qui ad arcem S. Angeli confugerat, cum ſuis, certis cõditionibus ſe dedere coactus. Dux Burbonę, im prima oppugnatione, bombarda ictus, occubuit, in Baſilica Diui Petri ſepultus.



Suleyman Turcarum Imperator Hungariam, Ludouico rege interfecto, deuaſtauit.

Diſ=

Disputatio de rebus fidei habita Ber- næ Heluetiorum, inter Vdalricum Zuĩglium, Ioannem Oecolampadium, & aduersarios Papistas.

Expeditio Landtgrauij Hessi, & Du- 1528
cis Saxoniæ in Episcopos Germanos.

Missa abrogatur Tiguti, Bernæ, Basilææ, & Argentinæ, unà cum simulahris templorum.

Suleyman Turcarum Imperator, Viennam Austriæ strennuè oppugnat, uerum re infecta, magna uicinorum clade, discessit.



6730 Ferdinandus Infans Hispaniæ, & rex 1531

Bohemiæ à Carolo V. fratre rex Romanorum Aquiſgrani duodecima die Ianuarij conſtituitur.

1527 Expeditio per totum Imperium Romanum in Turcas, Qui ad fines Hungariæ ad Quatuordecim millia ceduntur, noſtris plane illeſis.

Finis.

1533 Francofurti, Chriſtianus Aegenolphus Hadamarius excudebat. Menſe Auguſto.

~~Dono A Kochelbauer Carolus~~

Dono habui ab Carolo Kochelbauer alutam
1538 it de mense octobris

12680

1) A-K⁸ L⁴, L4 blank & genuine

2) A-I⁸ (I6-8 blanks, lacks I8)

Portraits of Luther & ? defaced I1-2

f. 69 misnumbered '70'; ownership entry I7v

A.F.